


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

AELI DONATI
QVOD FERTVR
COMMENTVM TERENTI

ACCEDVNT

EVGRAPHI COMMENTVM
ET
SCHOLIA BEMBINA

RECENSVIT

PAVLVS WESSNER

VOLVMEN I

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

'Nec dubitamus multa esse quae et nos praeterierint: homines enim sumus et occupati officiis.'

Plinius N. H. praef. 18.

Praefatio.

Donati commentum edituro pietatis mihi videtur esse, ut primo loco commemorem viros doctissimos, qui huius editionis quasi fundamenta posuerunt. Atque Ludovicus Schopen, qui a. 1821 dissertationem 'De Terentio et Donato eius interprete' (Bonn.) scripserat, primus novae editionis consilium cepit, ut apparet ex programmate Bonnensi a. 1826, quod inscripsit 'Specimen emendationis in Ael. Donati commentarios Terentianos ad novam totius operis editionem indicendam propositum'. Rem incohatam usque eo perduxit, ut pars commenti (usque ad Andr. I 2, 34) typis exprimeretur; cuius editionis hunc voluit esse titulum 'Aelii Donati commentarii in Terentium. Textum edd. vett. collatis recensuit, scholia spuria notavit et animadversiones criticas adiecit L. S. Accedit Eugraphius cum scholiis Bembinis et Mediolanensibus [ab Ang. Mai editis Mediol. 1815]'. Quibus de causis conatu destiterit, mihi non satis constat: fortasse editiones Stallbaumii et Klotzii, quae annis 1830—31 et 1838—40 prodierant, eum moverunt, ut coeptum omitteret; nisi forte intellexit ea subsidia, quae habebat, infirmiora esse quam quibus Donati commentum in integrum restitui posset. Itaque anno 1851 Lutetiam Parisiorum se contulit ibique codices 7920, 7921, 7899 contulit. Paulo post Vahleno mandavit, ut sibi codices Leidensem et Dresdensem excuteret, simulque

aliorum librorum mss. notitiam sibi paravit. Sed quominus rem absolveret, fata iniqua impediverunt. — Anno 1860 'Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae' prodierunt, quas collegerat A. Reifferscheid: Suetoni vitam Terenti, quae Donati commento praefixa est, edidit Fridericus Ritschl (p. 26 sqq. et 481 sqq. = Opusc. III 204 sqq.) atque hanc editionem egregio illo commentario instruxit, in quo non modo de ipsa vita et de sermone Suetoniano, verum etiam de Donati codicibus veteribusque editionibus disseruit. Qui quam praeclare de hac commenti parte meritus sit, non est quod praedicem. — Schopeno a. 1867 mortuo heredes illius schedas Augusto Reifferscheid tradiderant, qui anno 1868 universitati Bonnensi semisaecularia celebranti specimen novae editionis dedicavit, quod in publicum non prodiit. Huius titulus est 'Aeli Donati et aliorum commenta in Terentium. Ludovicus Schopenus apparatu critico instruxit, Augustus Reifferscheid recensuit'; continet autem vitam Terenti et Euanthii tractatum usque ad II 7 ('Terentique est. de qua cum'). In apparatu critico lectiones codicis Parisini *A* et editionis principis enotatae sunt. Tum a. 1874 et 1875 Reifferscheid indicibus scholarum Vratislaviensibus duos libellos adiunxit, quorum altero 'Euanthius et Donati commentum de comoedia', altero 'Donati in commenta Terentiana praefationes' continentur. De subsidiis suis pauca praefatus est prioris opusculi p. 1—2; erant autem eadem quae Schopen congesserat. Paulo post (a. 1876) Reifferscheid Parisinum *A* iterum contulit et a. 1879 Georgium Wissowa operae socium sibi assumpsit, qui annis 1882 et 1883 libros manuscriptos qui in Italiae bibliothecis asservantur perlustravit partemque eorum (*B V d q*) excussit. Sed ne Reifferscheidio quidem contigit, ut quam incohaverat Donati editionem ad finem perduceret: a. 1887 praematura morte absumptus est (cf. Annal. biogr. XII [1889] 39 sqq.) — Eodem fere tempore quo Reifferscheid etiam Carolus Dziatzko, vir de Terentio optime meritus, ad Donati commentum accessit et primum in Mus. Rhen. XXIX (1874) 445—62 et 511—12 ('Zum

Terenzcommentar des Donat') antiquissimum codicem Parisinum *A*, deinde in X Suppl. Ann. philol. (1879) 662—96 ('Zur Kritik des nach Aelius Donatus benannten Terenzkommentars') codicem Oxoniensem *C* accuratissime descripsit eorumque librorum originem investigavit; simul Bentleii coniecturas (quarum exiguam partem habes apud Stallbaumium III 338—40) edidit (l. c. 662 sqq.). Idem et in Mus. Rhen. XXXI (1879) 370—80 ('Zur Kritik und Exegese der griechischen und lateinischen Komikerfragmente') corruptis quibusdam commenti locis medelam adhibuit neque alia occasione oblata castigatoris officio defuit (cf. editiones Terenti 1874, 1881, 1884). — Iam commemorandus est Remigius Sabbadini, cui hanc editionem plurimum debere gratissimo profiteor animo. Is enim postquam iam in 'Museo italiano di antichità classica' III (1890) 381—476 ('Storia e critica di alcuni testi latini: Donato Terenziano') operam studiumque in Donati commentum contulit, paucis post annis totam quam dicunt quaestionem Donateam diligentissime et sagacissime tractavit in 'Studi italiani di filologia classica' II (1894) 1—134 ('Il commento di Donato a Terenzio'). Huius commentationis quasi supplementum scholia Donatea ad Eun. I—II apparatu critico observationibusque instructa edidit l. c. III (1895) 249—363 ('Gli scolii Donatiani ai due primi atti dell' Eunuco di Terenzio'). Postremo emendationes ad Phorm. I—II emisit l. c. V (1897) 289 sqq. ('Biografi e commentatori di Terenzio'). — Praeterea de commentariis Terentianis pro sua quisque parte bene meriti sunt viri doctissimi hi: Hermannus Usener ('Vier lat. Grammatiker' in Mus. Rhen. XXIII [1868] 493 sqq.), Guilelmus Hahn ('Zur Entstehungsgeschichte der Scholien des Donat zum Terenz' I 1870, II 1872), Augustus Teuber ('De auctoritate commentorum in Terentium quae sub Aelii Donati nomine circumferuntur' 1881 et 'Zur Kritik der Terentiusscholien des Donatus' in Ann. philol. 1891, 353—67), Fridericus Leo ('Die Überlieferung der terenzischen Komödien und der Commentar des Donatus' in Mus. Rhen. XXXVIII

[1883] 317—47 et 'Euanthius de fabula, Donatus de comoedia' in Fragm. Com. Graec. ed. Kaibel I 62—71), Eduardus Scheidemantel ('Quaestiones Euanthianae' Lips. 1883), Henricus Gerstenberg ('De Eugraphio Terentii interprete' Ienae 1886), I. I. Hartman ('De Terentio et Donato' Lugd. Bat. 1895), Paulus Rabbow ('De Donati commento in Terentium specimen observationum primum' in Ann. philol. 1897, 305—42), Eduardus Smutny ('De scholiorum Terentianorum quae sub Donati nomine feruntur auctoribus et fontibus quaestiones selectae' in Diss. philol. Vindob. VI [1898] 93—137). — Denique addendum est me ipsum de Donati commento disputasse in Mus. Rhen. LII (1897) 69—98 ('Die Überlieferung von Aeli Donati commentum Terenti') et in commentatione gratulatoria philologis paedagogisque Germaniae a. 1899 Bremam conventuris dedicata ('Untersuchungen zur lateinischen Scholienlitteratur' p. 1—28).

---

§ 1.

Testimonia.

1) *Hieron. chron. ad a. 353:* 'Victorinus et Donatus grammaticus, praeceptor meus, Romae insignes habentur.'

2) *idem comm. in eccles. 1:* 'Hinc quid simile sententiae et comicus ait *(Ter. Eun. prol. 41)* »nihil est dictum, quod non sit dictum prius«, unde praeceptor meus Donatus cum ipsum versiculum exponeret »pereant« inquit »qui ante nos nostra dixerunt«.'

(De hoc loco recte interpretando v. I. A. Becker in progr. gymn. Magunt. 1870 p. 18.)

3) *idem apol. adv. Rufinum 1, 16:* 'Puto quod puer legeris Aspri in Vergilium et Sallustium commentarios ... et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Vergilium et aliorum in alios.'

4) *Priscianus instit. gramm. 18, 162—63 (Gr. L. III 281, 7):* 'Ausculto tibi et te: ... Terentius in Andria ... in eadem *(III 3, 4)* »ausculta pauca: et quid ego te velim et tu quod quaeris scies« — nec enim aliter stat iambus, qui est quaternarius —, quod etiam Donati commentum approbat.'

5) *idem l. c. 18, 225 (Gr. L. III 320, 7):* 'Nostri audio quidem accusativo adiungunt, ausculto vero tam dativo quam accusativo. Terentius in Andria . . . idem in eadem *(III 3, 4)* »ausculta pauca: et quid ego te velim et tu quod quaeris scies«: sic enim habent antiqui codices teste Donato commentatore eius.' *(Cf. schol. ad Andr. III 3, 4:* AVSCVLTA PAVCIS et 'paucis' et 'pauca' legitur.)

6) *Sergii explan. in art. Donati (Gr. L. IV 486, 8):* 'Hic enim Donatus V. C. D. Vergilianum carmen et [*sic Ribbeck; vel codd.*] Terenti comoedias mirifice commentavit.'

7) *Cod. Bern. 83 s. X f. 2ᵘ (Anecd. Helv. ed. Hagen 175, 18):* 'Quando idem in pro super ponitur tunc tamen tantummodo, cum liber a quolibet exponitur, ut . . . Donatus in Terentium.'

8) *Subscriptio artis grammaticae Donati (Gr. L. IV, XXXI sqq.):* 'ARS DONATI GRAMMATICI VRBIS ROMAE.'

9) *Subscriptio commenti Terentiani ex antiquissimis codicibus petita:* 'AELI DONATI V̄C̄ ORATORIS VRBIS ROMAE COMMENTVM TERENTI.'

(De testimon. 8 et 9 cf. Sabbadini 'Studi italiani' III 337 sqq.)

10) *Servatus Lupus abbas Ferrariensis in epistula ad papam Benedictum III (a. 855—858) data (Bibl. patr. III 674, Paris. 1664; cf. Becker, Catal. 25, 14):* 'Pari intentione Donati commentum in Terentium flagitamus.'

---

11) *Hieron. chron. ad a. 358:* 'Euanthius eruditissimus grammaticorum Constantinopoli diem obit.'

12) *Rufin. comm. in metra Terent. (Gr. L. VI 854, 4):* 'Euanthius in commentario Terentii de fabula hoc est de comoedia [hoc — comoedia *secl. Keil*] sic dicit »concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro« et postea sic »ueteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius * * iambici versus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri quantum potest comminuti ad imaginem prosae orationis«' *(cf. Euanth. II 6 et III 3).*

---

§ 2.

De libris manuscriptis.

I. Libri meliores.

1) Codex Parisinus lat. 7920 (Colbert. 1712, Regius 5073, 7) *A* s. XI membranaceus foliorum 55, quae in septem quaterniones numeris XXVI—XXXII signatos distributa sunt, unde apparet

codicem olim partem fuisse amplioris voluminis, cuius priores 25 quaterniones iam non exstant. Folium ultimum (56) excisum est. Scriptus est ab una manu totus, nisi quod fol. 53r versus 24—27 in pessima membrana ab alia manu coaeva videntur esse confecti. Librarius ipse codicem, saepenumero cultello usus, ex archetypo correxit, raro variam lectionem sine dubio ex eodem fonte petitam supra versum addidit, paucissima in margine adscripsit. Ab hac librarii manu facili opera discernitur alia recens s. XVI, quam esse Petri Danielis Aureliani, ad quem olim hic liber pertinebat, suo iure statuit Dziatzko; ille autem saepe textum correxit, coniecturas nonnullas in margine adspersit, hic illic variam lectionem ex editione quadam haustam enotavit. Tertia praeterea manus atque eadem recentissima (I. A. Thuani, ni fallor) numeros actuum et scaenarum, nomina poetarum in commento laudatorum sim. addidit nec non scholia et lemmata multis locis distinxit, hac in re librarium secuta, qui in prioribus 13 paginis semper, deinde rarissime ad distinguenda singula capita vel singulas scaenas paragraphum (Γ) posuit. Idem primo fere lemmatum vocabulo, quo melius initium novi scholii cognosceretur, signum ꞩꞩ vel ꞩ superscripsit, quo signo in aliis quoque scholiorum libris (velut in cod. Horatii Dessaviensi *A* s. X) scholia distingui solent. Quae signa ex eo libro, unde Parisinus propagatus est, esse transcripta inde apparet, quod non semper suo loco posita sunt. Praeterea in *A* distinguendi vel subdistinguendi signa adhibita sunt haec: • ; ꝯ/ — Compluribus locis librarius lacunam reliquit, sive quod eam in archetypo iam invenerat sive quod quid in illo exaratum esset dignoscere non poterat. Eum librum ex quo *A* descriptus est minusculis litteris scriptum fuisse docent inter se commutatae litterae c τ r, f ſ, ol d, cι d; eundem autem codicem ad librum maiusculis litteris exaratum redire testimonio sunt talia: ΝᾹΑΞΙΩΜΑ, ΑΠΩCΙΩΠCΙCUΕLΕΛ-ΛΙΫΙC, ΑSΙΝΑΕΤΟCΕΤΕΛΛΕΙΨ¬C, ΕyΟhΑᵘCΜΟCΑΝΤΙQUΟΓU̅ PRONICHIL; NIHIL PRORSUS ·, sim. Is enim qui archetypum transcripsit non intellegens Latina vocabula Graecis admixta esse omnia eis characteribus reddidit, quibus etiam in codicibus minusculae litteraturae vocabula Graeca tradi solebant. — Quod ad orthographiam attinet, librarius minime sibi constitit: etenim *haud* et *haut*, *apud* et *aput*, *maleuolus* et *maliuolus*, *uergł* et *uirgł*, deinde *aff-* et *adf-*, *ass-* et *ads-*, *imp-* et *inp-*, nec non *ae ę e*, *oe e*, *i y*, *f ph* sim. promiscue leguntur; sollemnes scripturae sunt *michi*, *nichil*, *habundare*, *condempno*, aliae. — Valde dolendum est, quod cod. *A*, qui ut antiquissimus ita optimus fere omnium est, non totum commentum sed quartam tantummodo partem continet: fol. 1r—2u vitam Terenti, fol. 2u—6r tractatus de comoedia, fol. 6r—51r commentum

Andriae (APLI DONATI ŪC ORATORIS URBIS ROME CŌMENTŪ TERENTII ANDRIE EXPLICIT · INCIPIT SECUNDUS ADEFORŪ · FELICITER ·; in margine · ADELFE ·); fol. 51ʳ—55ᵘ commentum Adelphorum usque ad I 1, 40 '*modeste additum mea*', quae verba v. 21 leguntur, reliqua pagina vacua, unde Parisinum numquam pleniorem fuisse recte colligitur. Quod Andriae commentum Adelphorum commento excipitur, hoc Parisini proprium est, nam reliqui codices omnes alium exhibent ordinem: qua de re infra (§ 3) dicendum est. —

Restat, ut de fatis libri *A* quae comperta habemus proferantur: quae maximam partem Dziatzkoni debentur (Mus. Rhen. 29 [1874], 445—62; 511—12). Fuisse autem videtur olim in 'amplissima fani Benedicti Floriacensis ad Ligerem bibliotheca', quae a. 1562 disiecta atque dispersa est. Deinde aut omnia me fallunt aut in Antonii Contii Biturigensis bibliothecam translatus est, ubi Pithoei fratres eum contulerunt (v. libellum meum 'Untersuchungen z. lat. Scholienlitt.' p. 17 sqq.). Certe ante a. 1571 in manus Petri Danielis Aureliani venit (fol. 1ʳ: 'Petri Danielis Aurel. · c.'; cf. H. Hagen, 'Der Jurist und Philolog Peter Daniel aus Orleans', Bernae 1873 p. 32), qui vir doctus codicem, ut supra commemoravimus, plurimis locis correxit et cum editione Veneta a. 1482 (quae nunc in bibl. Bern. asservatur: Inc. III 28) contulit, cui non solum permultas Parisini lectiones adscripsit, verum etiam haud paucas coniecturas commendavit. A Daniele Lindenbrogio Parisini copia facta est, qui in observationibus ad Andr. I 2, 15 queritur 'tardius ad manus suas pervenisse Ms. cod. Danielis' quam ut eo in editione conficienda uti posset. Sane in observationibus suis ex 'schedis vett. Pet. Danielis Aureliani' (v. Lindenbr. praef.) sat multa enotavit. Anno 1603, quo Daniel supremum diem obiit, codex in 'Iac. Aug. Thuani' (sic fol. 1ʳ legitur) et anno 1680 in Colberti bibliothecam translatus est (fol. 1ʳ: 'Cod. Colb. 1712'; cf. Montfaucon, Bibl. bibl. man. nov. II 952ᵃ); anno 1732 in bibliothecam Regiam migravit. —

Saeculi XIX multi viri docti Parisini copiis usi sunt: contulerunt vel totum vel aliqua ex parte Schopen (1851), Fritsch (v. Umpfenb. praef. XXXVIII), Hunziker et Meyncke (v. Ritschelii op. III 215 sq.), Fröhner (v. Philol. 18, 358), Dziatzko (1873), Reifferscheid (1876). Ipse Parisinum a. 1894 Ienam missum quam accuratissime descripsi et apographon cum codice contuli, ut penitus exhaustum esse meo iure contendere possim. — Cf. Catal. cod. manuscr. Bibl. Regiae (Paris. 1744) III 4 p. 412ᵇ.

2) Codex Vaticanus Regin. lat. 1595 miscellaneus 67 membranarum. Fol. 1—20 duo fragmenta commenti Donatei *B*

continent a manu s. XIII scripta: alterum (fol. 1^r—14^u) pertinet ad Andr. II 1, 21 *('neque a. c. q. sum miser')* — Eun. III 2, 1 *('omnes sensus uisa dicuntur')*, alterum (fol. 16^r—20^u) ad Hec. III 4, 16 *('te e bene excepit')* — V 2, 8 *('multa terentius feliciter ausus est')*. Sequitur fragmentum commenti in Lucanum (II 690—VIII 64) ab eadem ut videtur s. XIII manu scriptum, quod desinit fol. 33^u, ubi in calce adscriptum est 'duo septerni sequentes sunt de prima et secunda comoediis terentii'. Fol. 9^r haec exstant 'Commētū $\overset{s}{\tau}$ētu and'e expllıcıτ; Ī̄cip̄ Eunuc9·', unde elucet ordinem fabularum in Vaticani archetypo eundem fuisse, quem in reliquis codicibus excepto uno Parisino *A* invenimus. Post Eun. praef. c. I legitur 'hic argumentum notandum quod alibi scripsimus': omisit enim librarius alterum praefationis caput, quod hodieque desideratur; scholia ad Eun. III 1, 3—17 *('adiuta me — quoque regi')* post 19 transposita sunt erroris signo Φ addito; scholia ad Eun. II 3, 22—74 omissa sunt neque quicquam adnotatum. — Etsi dubitari non potest, quin Vaticanus *B* ex optimo fonte derivatus sit, quippe qui in universum quam proxime ad Parisinum *A* accedat, tamen cavendum est, ne temere eius memoriae credamus; nam redactoris operam expertus est, qui contrahendi studio adductus saepenumero scholia mutilavit, commutavit, omisit, pro genuinis alia lemmata substituit, scriptorum locos a commentatore allatos non ita raro resecuit. Sed vel sic maximi pretii est, praecipue in Hecyrae commento, ubi meliorum librorum auxilio paene destituti sumus. —

Totum excussit a. 1883 Wissowa, cuius collatione usus sum, praeterea magnam partem publici iuris fecit Sabbadini ('Studi italiani' II 91 sqq., III 251 sqq.; cf. praeterea II 43; 68; III 332); qui ubi diversa testantur, varias lectiones testium nominibus appositis *(t. Wiss., t. Sabb.)* commemoravi. — Cf. Montfaucon, Bibl. bibl. I 57^a.

V 3) Codex Vaticanus Regin. lat. 1496 s. XV membranaceus 271 foliorum. Membranae optimae, nitidissima scriptura, picta in prima pagina ornamenta itemque pictae litterae initiales ex Vespasiani Florentini officina hunc librum prodisse arguunt; in prima pagina pictus apparet clipeus, qui fortasse ad papam Nicolaum V pertinet. Fol. 1^r haec leguntur 'DONATI GRAMMATICI EXCELLENTISSIMI IN PRIMA COMOEDIA AFRI TERENTII INCIPIT', fol. 128^r haec 'EXPLICIT EVNVCHVS. INCIPIT ADELPHE COMOEDIA QVARTA deest Eautontumerumenon'. Continet Donati commentum integrum hoc ordine: vita, tractatus, Andria, Eunuchus, Adelphoe, Hecyra, Phormio. Vocabula Graeca, quorum *V* amplissimus fons est, fere omnia ab eadem manu scripta sunt quae codicem exaravit, unde apparet ea ex archetypo derivata esse, in quo ni fallor maius-

culis litteris scripta erant (cf. Eun. I 2, 87; Phorm. I 2, 18); ubi desunt, plerumque spatium relictum est, sicut in aliis eius aetatis codicibus factum videmus. Praeterea notanda haec sunt: ad Andr. III 2, 1 pro eo quod desideratur 'εὑρήματα' inter '*dicuntur*' et '*adhuc*' signum positum est: in margine adscriptum 'spatium hic in medio duorum verborum'; in Hec. commento aliquot lacunae reperiuntur: V 3, 1 desunt verba '*inducitur — sua*' et in margine adnotatum est 'deletum propter vetustatem', V 4, 19 desiderantur verba '*inter — locus*' et V 4, 22—23 '*est — uideram ut*'. In Phormionis commento scholia quae pertinent ad II 3 in duos ordines distributa sunt, ita ut scholia ad v. 1—93 excipiantur scholiis ad v. 5—93, qua de re mox fusius disputetur necesse est; ad v. 3 prioris ordinis librarius adnotavit 'Error in exemplari · *A*', idem ad v. 7 adscripsit 'uerte usque ad tale signum', tum initio alterius ordinis in margine haec adiecta sunt 'haec sequentia praecedunt ea quae praecesserunt ante in tali signo · *A*' et iterum ad v. 11 'dupplicata sunt et tamen aliter dici videntur quam antea dicta sint'. Hinc apparet iam in eo exemplari ex quo *V* descriptus est duos ad hanc scaenam exstitisse scholiorum ordines. — Iam commemoranda est res maximi momenti: in priore enim commenti parte codex *V* sescenties manum correctricem expertus est, quam Sabbadini ('Studi italiani' II 44 sq.) eandem atque librarii esse sibi persuasit, at Wissowa et Graeven ab hac diversam putant, etsi illi et simillima et certe coaeva sit. Haec correctoris manus — appello eam V^2, quamquam certis de causis in Sabbadinii sententiam propensior sum — primum satis multa partim in textu partim in margine supplevit, quae librarius omiserat (fortasse quia iam in archetypo deerant); deinde saepissime pristinam scripturam delevit aliamque lectionem substituit, vel etiam additis signis ″ ′ ordinem verborum mutavit. Quae correcturae tam frequentes et tam violentae quin ex alio exemplari longe diverso petitae sint, dubium non est, praesertim cum facillime demonstrari possit, cuius generis fuerit codex ille, quem corrector adhibuit. Conferas velim inter se codicem *L* vel *c* vel *N* et ea quae V^2 intrusit: en habes omnem rem! Atque quo magis comprobetur librum talem adhibitum esse, inspiciamus si placet alteram Vaticani partem inde ab Ad. II 3, ubi correcturae subito desinunt: ubique summam inter *V* et libros supra commemoratos reperiemus consensum. Itaque hoc pro certo statui potest: librarius qui Vaticanum exaravit cum pervenisset ad Ad. II 3, aliud nactus exemplar quae adhuc scripserat eius auxilio correxit, deinde cum pergeret eiusdem exemplaris rationem habuit quam plurimam. Hinc sequitur, ut quae in priore parte correctori debentur et omnia quae in posteriore leguntur,

V^2

ubi consentiunt cum eis quae e. g. in *L* exstant, minime ei libro tribuamus, quem primum secutus est librarius. Immo ubi talis consensus agnoscitur, hanc legem servare debemus, ut abiecta codicis *V* lectione a diversa reliquorum codicum memoria proficiscamur. —

Denique admonendum est in Vaticano hic illic quaedam inveniri, quae ad Donati commentum non pertineant: velut ad Eun. II 3, 34 pro '*et Phrygiae molimur m. I.*' (= Verg. Aen. III 6) leguntur haec '*et Phrygiam Ascanio chlamydem*' (= Verg. Aen. III 484); ad Hec. IV 4, 16 '*quia liberi patrem sequuntur*' in margine additum est 'contra in iure partus sequitur ventrem'.

Primus hunc librum inspexit Ribbeck (v. 'Monatsber. d. Berl. Acad.' 1854, 45), qui Ritschelii in usum vitam Terenti contulit (v. Sueton. rell. ed. Reiffersch. p. 408); deinde Wachsmuth, cum Ritschelii opuscula editurus esset, iterum Vaticanum consuluit (Opusc. III 216, ubi per errorem numerus 1492 exhibetur). Totum a. 1883 excussit Wissowa, qui collationem suam benigne mihi commodavit; pauca Graevenio debeo. Adhibuit praeterea codicem *V* Sabbadini, cf. 'Studi italiani' II 44 sqq.; III 332 sqq.; ipse de eo disputavi in Mus. Rhen. LII 81 sqq. et in 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' p. 26.

R 4) Codex Riccardianus 669 s. XV ex. miscellaneus foliorum 338. Quartum locum occupat Donati commentum Phormionis, in 44 chartis (fol. 134^r—177^r) ab una manu scriptum; inde ab fol. 152^r v. 9 librarius, quem Petrum Philippum de Pandolfinis fuisse sibi persuasit Sabbadini ('Studi ital.' II 47), atramento paulo pallidiore usus est, quo etiam in antecedentibus multa correcta vel in margine addita sunt. Ante fol. 152 unum folium recisum est, sed 'Nichil deficit', ut adnotavit librarius; idem fol. 152^u, quae pagina vacua relicta est, adscripsit 'Nichil deficit sed prosequitur bene'. Subscriptio legitur fol. 177^r haec: 'EXPLICIT COMENTVM PHORMIONIS EDITVM A DONATO CLARISSIMO GRAMATICO'. Hic illic lacunae reperiuntur, ubi in archetypo 'consumpte erant littere ob vetustatem' (praef. III 4) vel 'delete erant littere' (prol. 11). Vocabula Graeca librarius partim ex archetypo statim transcripsit partim postea supplevit eodem ni fallor exemplari usus. Scholia ad Phorm. II 1, 4 *('esse credebat')* — 19 *('non potuit. Habendae')* desunt; ad II 3 scholia eodem modo atque in *V* in duos ordines distributa sunt. Ab omnibus reliquis codicibus *R* eo differt, quod solus in ultimo prologi scholio versum Ennianum exhibet, fortasse ab ipso librario ex Ciceronis de senectute libello (I 1) additum. Fol. 177^u nonnulla de tragoedia et comoedia leguntur nomine Donati praefixo, quae quin ad Papiae Elementarium redeant vix potest esse dubium (cf. 'Studi

ital.' II 40; Mus. Rhen. LII 80; 'Unters. z. l. Scholienl.' 12 adn.) —

Post Sabbadinium, qui uberius de Riccardiano egit in 'Museo ital.' III 405 sqq. et 'Studi ital.' II 46 sqq. (cf. etiam V 290 sqq.), ipse codicem a. 1895 Ienae excussi et in Mus. Rhen. LII 79 sq. de eo disputavi. — Cf. Catalogo della libreria Pandolfini, Firenze 1884, p. 45; Lami, Catal. bibl. Riccard. p. 141.

5) Codex Vaticanus lat. 2905 s. XV miscellaneus folio- *T*
rum 130. Secundo loco exstat fragmentum Donati, a manu s. XV in 100 chartis (fol. 21—120) scriptum. Continebat olim uitam, tractatus, commenta Andriae et Eunuchi, cuius extrema pars interiit; nam post fol. 120 quinque recisorum foliorum laciniae supersunt. Extrema verba nunc sunt '*missa h. f. q3 hec scilicet*' (= Eun. V 2, 23). Vocabula Graeca etsi plerumque in lacuna omissa sunt, pauca tamen servata, ut Eun. IV 5, 6 'uidet reſMIHONOMIᴧ', IV 7, 46 'RᴧTᴧceſτιcoſ', quibus evincitur Vaticanum ad vetustiorem librum redire, qui Graeca exhibebat. Ad Euanth. III 5 '*mimicam uilitatem*' hoc additum est 'id est ystorionicam inde mimus id est histrio'. Fol. 76^u haec legitur subscriptio 'ᴀꜰri Donati oratoris Vrbis Conmētum Terrentii Andrie explicit · Incipit Eunuchus'. Archetypi notas a librario codicis *T* (vel eius libri ex quo Vaticanus descriptus est) saepissime male explicatas esse iam Sabbadini monuit ('Studi ital.' III 332), velut *-re* pro *-tur*, *-tis* pro *-te* sim.: quae in editione plerumque non curavi. — Collationes quibus usus sum confecerunt H. Graeven (vita, tractatus), C. Hoeing (Andria), Fr. Spiro (Eunuchus); praeterea ut par erat adhibui ea, quae Sabbadini in 'Studi ital.' II 91—99 et III 251—53, 290—329 publici iuris fecerat. Quod ad Andriae collationem pertinet, C. Hoeing, qui Warreno intercedente eam mihi liberalissime concessit, non esse eam plenissimam monuit, sed non nisi levidensia desiderari mihi quidem persuasum est.

6) Codex Oxoniensis Bodl. Canon. lat. Auct. class. 95 *C*
s. XV chartaceus foliorum olim 170, nunc 168; desunt enim folium primum, quo vita Terenti et Euanthii pars (usque ad I 2 '*tragoedia dice*') continebantur, et folium ultimum scriptura vacuum. Codicem accurate descripsit Dziatzko in X Suppl. Annal. philol. 1879 p. 675 sqq. Confectus est a tribus librariis: primus fol. 1^r—106^u scripsit, alter fol. 107^r—144^u v. 15, tertius reliquam partem. In 95 foliis prioribus scriptura in duas columnas divisa est. Correctorum item tres manus distinguuntur, quarum prima librarii manus calami menda sustulit, variam lectionem in margine adspersit, alia pauca addidit; secunda manus ex alio codice ut videtur nonnulla correxit, tertia quae primae simillima est, in corrigendo editionem quandam (Stephani?) adhibuit. Correcturas comme-

moravi omnes ita, ut quae librarii esse videbantur, nota *m. 1*, quae aliorum, nota *m. 2* significarem. Subscriptiones reperiuntur hae: fol. 71ᵘ 'FINIS DONATI IN EVNVCVM'; fol. 138ᵘ 'DONATI COMMENTVM HECHYRAE EXPLICIT'; fol. 166ᵘ 'AMEN. Donati gramatici comentum in phormionis comedia feliciter explicit'; accedit hic titulus fol. 139ʳ 'DONATI GRAMMATICI IN PHORMIONEN COMMENTVM'. — Voces Graecae maximam partem spatio relicto omissae, nonnullis tamen locis casu quodam servatae sunt, qua de re cf. Mus. Rhen. LII 75 sq. Additamenta repperi haec: ad Euanth. III 5 in margine '·i· hystrionicam inde mimus ·i· hystrio' (cf. *TF*); ad Audr. IV 3, 13 'Nota in testu solum iurandum debere esse'; ad Eun. IV 7, 13 ubi legitur '*stragematum*', superscriptum est '·i· castram̄tari'; ad Ad. II 1, 37 'Vortunius nota de Vortinio deo ouidium dicere in 4° metha' (immo XIV 642); ad Phorm. II 3, 4 'est ciceronis pro deiotaro'; ad II 3, 58 'ff. de legibus ·l· p̄ceps ff. de lego ℘o ·l· ex impf̄c̄o iusti qb3 mois testa infer ·§· fi.' Deinde commemorandum librarium similiter atque in *T* vidimus compendia archetypi prave solvisse; quo factum est, ut saepenumero *et* et *in* (ɿ ī), *et* et *quia* (& ꝗ), *et* et *g* (v. Hec. III 3, 45) inter se commutarentur. — In Phormionis commento *C* eandem lacunam habet quam *R* (II 1, 4—19), eundem ad II 3 scholiorum ordinem atque *RV*. Summi autem momenti ad originem codicis Bodleiani cognoscendam est epistula illa Petri Candidi Decembrii ad Franciscum Pizolpassum archiepiscopum Mediolanensem, quae epistula inter Hecyrae et Phormionis commentum fol. 138ᵘ—139ʳ inserta et primum a Dziatzkone l. s. l. p. 692, deinde a Sabbadinio in 'Museo ital.' III 406—7 (ex cod. Riccard. 827) edita est. Hac enim epistula, quae anno 1436 scripta est, edocemur Candidum a Pizolpasso esse rogatum, ut eius Donatum transcriberet, illum autem primum Phormionis commentum transcripsisse. Simul Candidus quod non omnia perfecte traduxisset id est emendasset, 'cariem vetusti operis' atque 'barbariem veteris scripturae' excusat. Quaerentibus deinde, unde archiepiscopus vetustum illud Donati exemplar acceperit, ipse nobis respondet in epistulis ad Candidum datis; scribit enim 'vir iste peritus Theutonicus... Is est a quo Donatum in Terentium tuleramus in patriam' et 'Abest autem Nicolaus noster de Cusa, ad quem spectabat codex Donati Terentiani, unde tu multa pervigilique lucubratione Phormionem extorsisti' ('Museo ital.' III 411 et 415). Itaque iam dubium non est, quin ex Germania ille Donati codex in Italiam translatus sit. Porro si meminerimus paulo ante (a. 1433) Aurispam in Maguntina ecclesiae metropolitanae bibliotheca Donati commentum invenisse (v. Keil, Ind. schol. Hal. 1870 VIII; Sabbadini, Biografia di Giov. Aurispa 65), eundem autem Aurispam et Nicolaum Cusanum nec non Pizol-

passum concilio Basileensi interfuisse (cf. Voigt, Wiederbel. d. class. Altert.[3] I 257 adn. 1), iam audacior non videbitur Sabbadinii coniectura (a qua neque Keil neque Dziatzko multum aberant) Pizolpassi codicem eundem esse atque Donatum Maguntinum. Ad hunc ergo revocandus est etsi intercedentibus aliquot apographis codex Bodleianus. —

Excussit totum a. 1879 Dziatzko Vratislaviae, ipse iterum contuli Ienae a. 1895—96. — Cf. H. O. Coxe, Catalogi codd. man. bibl. Bodl. III 149; 'Studi ital.' II 66 sq.; Mus. Rhen. LII 74 sqq.

7) Codex Florentinus Marucellianus C 224 s. XV ex. chartaceus 205 foliorum. Fol. 2r incipit Donati commentum nec titulis nec subscriptionibus instructum. Conscriptus est codex ab una manu totus, sed inde a fol. 146r scriptura artior fit, unde Sabbadini hanc alteram partem ab alio librario scriptam esse sibi persuasit. Praeterea manus recens actuum et scaenarum numeros adiecit. Cohaeret autem Marucellianus artissime cum Bodleiano *C*, nam sicut hic exhibet Petri Candidi epistulam, eandem habet in Phormionis commento lacunam (II 1, 4—19), eandem scholiorum ad II 3 distributionem. Differt autem eo, quod multo mendosior est illo et duobus locis iacturam fecit, ita ut in Hecyrae commento scholia ad IV 1, 26—IV 3, 11 (*'mensibus prius olfecissem' — 'pro minus discordibus'*) et ad V 1, 19—V 4, 1 (*'sibi uelit praeberi' — 'tardius credamus effectum'*) desiderentur. Quae cum ita sint, satis habeo variam lectionem ad Terenti vitam tractatusque de comoedia attulisse, quam humanissime mecum communicavit E. Rostagno, qui et de codicis natura atque condicione per litteras me edocuit. Praeterea Sabbadini Marucelliano usus est, cf. 'Studi ital.' III 251 sqq., 331 sq., V 290 sqq. ***F***

Codex Stephani

Hic non alienum videtur mentionem facere librorum manuscriptorum, quos Stephanus, Lindenbrog, Westerhov adhibuerunt. Ac primum quidem Stephanus in praefatione cum alia tum haec dicit: 'reposita sunt Graeca prope omnia, pro quibus antehac excusi codices lacunis fere scatebant. haec autem laboris pars operosissima fuit, cum in vetusto exemplari manu scripto (quod nobis erat ex dono Iodoci Badii optimi soceri nostri . . . .) obscura tantum restarent vestigia Graecarum literarum, quae nisi ab homine perito divinari non poterant. quae omnia . . . praestitit quidam noster . . amicus Graece ac Latine doctissimus [Guilelmum Budaeum significari suspicatus est Bernays], qui hanc suscepit emendationem antiquo illo quem dixi potissimum fretus archetypo. cuius fidem etsi in plerisque sequutus est, in plurimis tamen usus est coniectura sua'. Ex his verbis satis apparet Stephani librum re vera vetustiorem fuisse, quippe

qui voces Graecas continuerit atque eas ita comparatas, ut saepissime emendatione indigerent; unde haud scio an recte codicem illum simillimum Parisino *A* vel Vaticano *B* nobis mente fingamus. Deinde consentaneum est Stephanum ipsum, quamquam hoc expressis verbis non affirmat, in reliquis quoque commenti partibus antiquo illo codice saepenumero usum esse, sed valde dolendum est quod nusquam indicavit, unde textum correxerit, ut difficillimum sit ad diiudicandum, quid suo ipsius vel amici ingenio fretus quidve nisus vetusto exemplari novaverit (cf. Dziatzko in Mus. Rhen. XXIX 452 sq. et in X Suppl. Ann. philol. 676). Hoc tamen optimo iure contendi potest permultas optimas lectiones editionis Stephanianae vetusto illi exemplari deberi, quod necessitudine quadam cum Vaticano *B* coniunctum fuisse videtur. Eis quae Sabbadini ('Studi ital.' II 85) protulit unum addam exemplum: ad Hec. IV 1, 21 illud *distringi*, quod apud Stephanum legitur, solus exhibet cod. *B*, cum reliqui omnes *obstringi*, editiones vetustiores *abstringi* habeant.

Lindenbrog in praefatione editionis Francofurt. (a. 1623) haec adnotat: 'Donati duo exemplaria habuimus et illa Pithoeorum accurata diligentia ad Mss. codd. Antonii Contii et Iacobi Cuiacii Antecessorum Bituricensium collata; quorum auxilio in hoc commentario plurimae lacunae suppletae aliaque infinita errata integritati suae restituta sunt'. Exstat autem in bibliotheca Leidensi editio Lindenbrogiana (Gronov. nr. 6) cum adnotationibus I. F. Gronovii, quas ex Pithoeorum collationibus transcriptas esse facillime demonstrari potest. Etenim ad Ad. I 1, 40 apud Gronovium legitur 'et huc usque habet vetus exemplar Ant. Contii. P.'; deinde Gronovii excerptis saepius additum est 'P.' vel 'Pit.'; postremo quae in Leidensi exemplari exhibentur, fere semper consentiunt cum eis, quae ex 'Ms. Pith.' in observationibus protulit Lindenbrog. Iam cum veri sit simillimum Contii codicem eundem fuisse atque nostrum Parisinum *A* (cf. supra), quae praeterea a Gronovio adnotantur ad Cuiacii exemplar referamus necesse est. Hic autem Cuiacii codex quin optimorum librorum numero adscribendus sit, dubitari non potest; nam primum voces Graecas continebat (quarum multas ex hoc fonte Lindenbrog hausit); deinde neque in Hecyrae neque in Phormionis commento lacunis scatebat, quin etiam solus scholion ad Phorm. II 1, 7 servavit; denique semper ad optimorum codicum (*RC*, *O*) memoriam accedit, quae res praesertim in ea commenti parte, ubi vetustiores libri deficiunt, summi momenti est. Subscriptionem Phormionis hanc fuisse testatur Gronov: 'AELII DONATI V · C · ORATORIS VRBIS ROMAE COMMENTVM TERENTI PHORMIONIS EXPLICIT': quae quam prope ad eam accedat, quam Parisinus *A* servavit, nemo non videt. —

Codex Cuiacii

Huius 'exemplaris longe optimi' mentionem fecit L. Carrio in epistula ad Petrum Danielem a. 1580 scripta, v. Hagen, 'Der Jurist und Philolog Peter Daniel' p. 31. Cf. praeterea Sabbadini 'Studi ital.' II 86 et libellus meus 'Untersuch. z. lat. Scholienlitt.' p. 16 sqq.

Restat, ut de Westerhovii codice, olim Samuelis Hulsii Hagani, pauca addam. Ex hoc libro Westerhov haud parvum numerum lectionum enotavit simulque hanc servavit subscriptionem: 'DONATI IN ANDRIAM COMMENTVM EXPLICIT FELICITER'. In libello meo supra commemorato p. 24 sqq. exemplis sat multis allatis demonstravi codicem Hulsianum artissimo vinculo coniunctum fuisse cum codicibus *RTCF*; eundem non integrum fuisse ipse Westerhov testatur: deerant enim scholia ad Ad. III 3, 84—IV 5, 30 et ad Hec. IV 1, 27—IV 4, 1 (cf. quae de codicibus *F* et *D* exposui). Fortasse etiam in Phormionis commento lacunam exstitisse inde colligere possumus, quod Westerhov ad II 1, 4—19 codicem in testimonium non vocat. ***Codex Hulsii***

II. Libri deteriores.

8) Codex Leidensis Voss. lat. Q. 24 s. XV membranaceus foliorum 239 (cf. Catal. codd. Leidens. p. 378). Hunc in Italia scriptum esse iam olim animadverterat Ritschl; quin ex Vespasiani Florentini officina prodierit, dubium esse vix potest. Excussit totum a. 1854 I. Vahlen in Schopeni usum, quam collationem Reifferscheid adhibuit. Terenti vitam Ritschelio contulit E. Mehler; praeterea Dziatzko Leidensi usus est. Ipse a. 1894 Ienae collationem feci. — Cf. 'Studi italiani' II 65; 70; Mus. Rhen. LII 84 sq. *L*

9) Codex Laurentianus S. Crucis 22, 6 s. XV. In folio praefixo legitur 'Iste liber fuit ad usum fratris Sebastiani de Bucellis († 1466). qui pertinet armario conventus Sanctae Crucis de florentia ordinis fratrum Minorum'. — Cf. 'Studi italiani' II 73; 'Museo italiano' III 423 sq. *c*

10) Codex Laurentianus Faesul. 175 s. XV membranaceus. In Phormionis commento parva lacuna exstat II 3, 79—II 3, 9. — Cf. 'Studi italiani' II 53 cum adnot. 2. *d*

11) Codex Neapolitanus V B 17 (olim 411) s. XV membranaceus foliorum 113 (cf. Iannelli, Catal. Bibl. lat. Mus. Borbon. p. 274; 'Mus. ital.' III 383 adn.). Ad Phorm. II 3, 8—10 adnotatum est 'quod est reliquum in hac scena est de loco superiori signato hoc signo $\sqrt{}$'; idem signum ad II 3, 93 appositum est. Vitam Terenti contulerunt G. Thilo (cf. Ritschl in Reifferscheidii Suetonio p. 482) et H. Motz (cf. Ritschelii opusc. III 216). — Cf. 'Studi italiani' II 54; 62; 70 sq. *N*

P 12) Codex Parisinus lat. 7921 (olim Blaesensis 701) s. XV chartaceus foliorum 132 (cf. Catal. cod. manuscr. Biblioth. Regiae a. 1744 III 4 p. 412^{b}). Hunc in Germania scriptum esse contendit W. Fröhner in Philol. XVIII 357, argumentis non probavit. Continet Donati commentum usque ad Ad. III 4, 34 '*neque iners getha an captus*' (in imo margine '*estquemadmodum*'). Exaratus est a duobus librariis; altera manus incipit fol. 31^{r}. Terenti vitam contulerunt J. Hunziker (cf. Roth in Mus. Rhen. XII 174), C. B. Hase (cf. Ritschl in Suetonio Reiffersch. 481), G. Meyncke (v. Ritschelii opusc. III 216), W. Fröhner (l. l.); post Schopenum, qui a. 1851 Parisiis codicem contulit, ipse a. 1894 totum excussi. — Cf. Mus. Rhen. LII 85.

s 13) Codex Ambrosianus D 70 sup. s. XV chartaceus foliorum nunc 209, olim 252. Fol. 43, in quo initium vitae Terenti scriptum erat, deest; incipit fol. 44^{r} his verbis '*tempus qui agitabant*' (= Vita c. 6) et desinit fol. 252 his '*omnia desperantis tu iam*' (Phorm. I 4, 42). Inter Eunuchi et Adelphorum commenta librarius in margine adnotavit 'heyto$^{\text{mon}}$ non inveni in exemplari'. — Cf. 'Museo italiano' III 394 sq.; 'Studi italiani' II 56.

r^{b} 14) Codex Ambrosianus A 144 sup. s. XV chartaceus foliorum 172. Donati commentum, quod legitur ff. 1—149 (v. infra 22), alterum sequitur eiusdem commenti fragmentum ff. 150—156^{r} a diversa manu scriptum, quod pertinet ad Eun. V 7, 1 '*te amat et rursus*' — Ad. praef. II 3 '*interuentum egionis*'. — Cf. 'Museo italiano' III 396 sq.; 'Studi italiani' II 55.

q 15) Codex Ambrosianus T 114 sup. s. XV chartaceus foliorum 213, quorum primum excisum est. Incipit fol. 2^{r} verbis '*pro suis edere*' (Vita c. 5); post Eunuchi commentum secuntur 4 folia vacua inlustrandae Heautontimorumeno destinata (f. 112—115); fol. 111^{r} adnotatum est 'hic deest una comedia' et ab alia manu additum 'videlicet *Εαυτοντειμωϱουμενος*'. In ima pagina ultima legitur '1472 Ind · 5 pridie Idus aug$^{\text{ti}}$ theate descriptum (re- *t. Sabb.*) est. sit laus deo'. Praeter librarium alia manus in corrigendo codice occupata fuit, quae permultas editionis principis lectiones adscripsit; ad Hec. III 5, 8—V 1, 2, quam commenti partem editio princeps omisit, nihil enotatum. Huius libri partes quasdam contulerunt Sabbadini et Wissowa, qui Ambrosianum editionis Mediolanensis fontem fuisse suspicatur. — Cf. 'Museo italiano' III 393; 'Studi italiani' II 57; III 330.

f 16) Codex Ferrarensis 173 NA 6 s. XV chartaceus foliorum 293. Exhibet subscriptionem hanc 'A Ludovico Carbone in diamantino recognitus 1477 mense Novembri'; in mar-

gine adnotationes Carbonis leguntur. — Cf. Zachariae Iter litter. per Italiam p. 158; 'Studi italiani' II 59; III 330 adn.

17) Codex Londiniensis Burn. 267 plut. 161 E s. XV chartaceus foliorum 221 (cf. Catal. of Manuscr. in the Brit. Mus. I p. 68). Nonnulla excerpta H. Hilgenfeld et W. M. Lindsay mecum communicaverunt. *k*

---

18) Codex Dresdensis Regius Dc 132 (olim Bononiensis) s. XV chartaceus (nisi quod priorum 5 fasciculorum folium exterum membranaceum est) foliorum 126 (cf. Katal. d. Handschr. d. königl. öff. Bibl. in Dresden I p. 318). Scriptus est ab una manu totus, quae multis locis correcturas intulit; alia deinde manus cum hic illic textum emendavit, tum in margine varias adnotationes adspersit; praeterea a diversa manu fol. 1r adscriptum est 'AELIVS DONATVS DE P · TERENTII VITA DEQ3 TRAGOEDIA ET COMOEDIA' et fol. 4r 'AEL · DON · COMMENT · IN · QVINQVE TERENT · COMMED.' De patria codicis edocemur hac adnotatione 'Ex Bibliotheca Reverendiss. Amedei Canonici Regularis Bononiensis Clodius Bibliothecae Regiae adquisivit'. Codex, ex quo Dresdensis descriptus est, in Hecyrae commento magnam illam lacunam habebat III 5, 8—V 1, 2; quae lacuna expleta est adhibito codice quodam, qui Marucelliano *F* (vel Hulsiano) simillimus erat. Hoc comprobatur et consensu lectionis et lacuna quadam inde ab IV 1, 26 usque ad IV 4, 1 pertinente; deinde ad IV 4, 1—77 non nisi excerpta satis exigua exhibentur, ad IV 4, 78—104 scholia omnino desunt. Scholia ad Phorm. II 3 ita ordinata sunt, ut in universum numeri versuum Terentianorum recte procedant; tamen non est difficile ad intellegendum habuisse librarium ante oculos codicem, in quo duae scholiorum series eodem modo quo in *VCFR* separatae erant. Librarius autem — non ipsius Dresdensis, sed archetypi — cum ad versum 25 pervenisset, alterius ordinis scholia prorsus abiecit, sicut et in antecedentibus non pauca omisit. Voces Graecae spatiis amplissimis relictis desunt. — Dresdensem a. 1854 I. Vahlen Schopeni in usum contulit, qua collatione Ritschl in vita Terenti edenda usus est; iterum vitam excusserunt E. Jungmann et L. Jeep (cf. Ritschelii opusc. III 216), sed eorum quae aliter atque Vahlen enotaverunt nihil fere in codice scriptum est (cf. R. Büttner in Annal. philol. 1894, 73 sq.). Tum Dziatzko codicem totum excussit, ipse a. 1894 et 1895 maiorem partem contuli; in iis, quae praetermiseram, Vahleni accuratissima collatione usus sum. — Cf. 'Studi italiani' II 56; 63; Mus. Rhen. LII 97. *D*

---

b 19) Codex Laurentianus 53, 31 s. XV chartaceus 157 foliorum. Fol. 1r haec leguntur 'Ad usum Conventus sante marię magdalenę monachorum Cisterciensis ordinis'. Continet integrum Donati commentum exceptis scholiis ad Hec. III 5, 8—V 1, 2; Graeca omissa sunt. Cohaeret autem hic liber tam arte cum editione principe, ut ex eodem quo illam fonte eum fluxisse facile possit comprobari (v. 'Studi italiani' II 79; III 333). Idem valet de proximo libro qui est

E 20) Codex Perusinus 396 (F. 7) s. XV membranaceus foliorum 98, quorum 77 priora continent 'DONATI GRĀMATICI · COMENTVM · IN · EVNVCHVM · TERENTII.' In hoc quoque Graeca desiderantur. — Cf. Blume, Bibl. libr. msc. Italica 122; 'Studi italiani' V 289—90. — Laurentianum *b* aliqua ex parte contulit Sabbadini, ipse Ienae inspexi.

---

x 21) Codex Vaticanus Palat. lat. 1630 s. XV chartaceus. Scholia quae pertinent ad Eun. I 2, 31—II 2, 32 per errorem suo loco omissa et in ff. 1—8r suppleta sunt; ad Eun. I 2, 31 librarius adscripsit 'notandus error'. Vita Terenti fol. 13r incipit. Scholia ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 desunt, qua de causa ff. 165r—168r scriptura vacant. Voces Graecae in lacunis omissae sunt, exceptis paucissimis in priore commenti parte (Tract. de com. — Andr. I 1, 18), quas H. Graeven excerpsit. — Cf. 'Studi italiani' II 49; 65 sq.

*r*a 22) Codex Ambrosianus A 144 sup. s. XV chartaceus foliorum 172. Continet fol. 1r—149u Donati commentum usque ad Phorm. praef. II '*falso duplici eius amore*'; Adelphorum commentum inde ab I 1, 15 '*ex me*' (fol. 118u) deest neque quicquam adnotatum. In Hecyrae commento eadem quae in Vaticano *x* desiderantur. — Cf. 'Museo italiano' III 396 sq.; 'Studi italiani' II 55; v. etiam supra 14.

z 23) Codex Vaticanus lat. 1513 s. XV chartaceus 184 foliorum. Titulus fol. 1r exstat hic 'Andria Donati Grammatici in Publii Terrentii Aphricani Kartaginensis comoediis expositio'; Eunuchi commento praepositum est hoc 'Donati Grammatici in Eunucum Terrentii expositio'; similiter deinceps. Subscriptio fol. 184r legitur haec: '*ἔχοντα καὶ γραψοντα χριστέ με σώσον· τέλοσ·*'. Ad Hec. III 5, 8, ubi in aliis maximus hiatus incipit, in margine adnotatum est '*ἴστεον ὅτι ἀπὸ ἐδῶ* (*l. ὧδε*) *ἕως τὸ τέλος αυτῆς τῆς κωμοδίας ἐξ ἄλλου ἀϑιβοιλιον* (*l. ἄλλου ἀντιβολίου*) *ἔγραψεν ὁ μαρτινος*'; recte hinc Sabbadini ('Studi italiani' II 50) conclusit Martinum quendam lacunam, quam in archetypo invenerat, alio codice adhibito explevisse, Vaticanum autem ex Martini libro descriptum esse.

t 24) Codex Vaticanus Ottobon. lat. 2023 s. XV chartaceus. Subscriptio 'L · Anconae MCCCCLXIIII pridie Kalendas

ianuarias B · scripsit'. Hecyrae commentum lacunosum non est, sed ex summa quae inter hunc et reliquos eiusdem prosapiae libros intercedit necessitudine in archetypo lacunam illam fuisse haud scio an iure concludatur. Continet pauca Graeca (usque ad Andr. I 1, 91), quae H. Graeven meum in usum excerpsit. — Cf. 'Studi italiani' II 55; 71—73.

25) Codex Malatestianus XXII. 11. V s. XV membranaceus foliorum 163 (cf. Muccioli, Catal. codd. mss. Malat. II 149; Zazzeri, Codici e libri della bibl. Malat. 1887 p. 431; 438). Sabbadinio teste in hoc libro conficiendo tres manus occupatae fuerunt: *Man. 1* scripsit Eunuchum, Adelphos, Hecyram usque ad III 5, 8 '*quae volumus dicere*' (= fasc. V—XIII [a—i]); tum spatio duorum foliorum et dimidii vacuo relicto Phormionis commentum transcripsit (= fasc. XVI—XVIII [k—m]). Eidem librario tribuit Sabbadini eam partem codicis, quae vitam Terenti, tractatus de comoedia, Andriae commentum continet; haec olim in fine addita fuisse constat (fasc. I—IV [n—q]). Vocabula Graeca, plerumque relicta lacuna, omissa sunt, nisi quod initio pauca (atramento scripta) leguntur atque eadem fere, quae in Vaticanis *t* et *x* reperiuntur. *Man. 2* Hecyrae commentum ab III 5, 8 usque ad IV 1, 20 '*sed ne tuum*' supplevit (= fasc. XIII extr.) et quae a man. 1 scripta erant, multifariam correxit saepeque variam lectionem adiecit. *Man. 3* reliquam Hecyrae partem (inc. '*sed ne tantum*') scripsit (= fasc. XIV et XV). Praeterea tres manus ab illis diversae codicem suppleverunt vel correxerunt: *Man. 4* magnam partem vocabulorum Graecorum, quae librarius omiserat, partim in contextu partim in margine minio supplevit; *Man. 5* quae ad Andr. III 1, 6 deerant ('*suscipi — tollere*') addidit; *Man. 6* Phorm. II 1, 22 '*socratis*' in '*isocratis*' correxit. Codicem, in quantum quidem a manu prima profectus est, ante a. 1457 scriptum esse testimonio est epistula Malatestae Novelli († 1465; de epistula cf. 'Museo italiano' III 423; 'Studi italiani' II 52), qua hic Cosimo Mediceo petenti se codicem missurum promittit, simul autem codicem mendosissimum esse seque Aurispam adiisse scribit, ut eius librorum auxilio menda tollere liceret. Unde Sabbadini conclusit correcturas et supplementa a man. 2 et 3 Malatestiano illata ad Maguntini codicis apographum Aurispae referenda esse, Malatestianum ipsum (man. 1) aliquo modo ad eiusdem apographum libri Carnotensis redire. Simul ille vir doctissimus eum codicem, cuius ope *M* emendatus atque auctus est, Vaticano *t* simillimum fuisse monuit. Partem codicis *M* contulit Sabbadini, Graeca mihi exscripsit I. Kurth. — Cf. 'Museo italiano' III 423 sq.; 'Studi italiani' II 50; 65 sq.

M (margin, beside line 1 of §25)

*M*⁴ (margin, beside "suppleverunt vel correxerunt")

O 26) Codex Oxoniensis Lincoln. lat. 45 s. XV membranaceus foliorum 217 (cf. Catal. codd. Oxon. I 31). In folii praefixi pagina auersa legitur 'Vespasianus Librarius Florentinus fecit scribi florentię'. Titulus hic est: 'CLAVDII · DONATI · HONORATISSIMI · GRĀMATICI · PREFATIO · SVPER TERENTIO · ET PRĪO · IN ANDRIA · INCIPIT FELICITER'; Phormionis commento subscriptum est 'Explicit phormio Donati clarissimi'; reliquos singulorum commentorum titulos subscriptionesque hic commemorare opus non est. Post Andriae prologum fol. 9ᵘ—10ᵘ legitur magna illa interpolatio 'Sunt qui habent et versus — redeamus ad Donati commentum', quam exscripsi in Mus. Rhen. LII 87, ubi et aliorum interpolationum mentionem feci. Insignis est duabus lacunis ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 et ad Phorm. II 1, 4—19 (nullo spatio relicto); in Phorm. II 3 scholiorum ordines nondum confusi sunt. Graeca vocabula in lacunis omissa sunt. In tractatu supra commemorato Ormannus quidam appellatur, qui quis fuerit mihi non constat; fortasse idem fuit atque Ormannus Erfordensis, qui scripsit codicem Farfensem 8 eiusdem saeculi, glossas et Pauli differentias continentem, sed ne de huius quidem persona quicquam notum est. Contuli quasdam codicis *O* partes Ienae a. 1895. — Cf. Dziatzko, Ann. philol. suppl. X 663, qui Bentleium hoc libro usum esse ostendit; 'Studi italiani' II 49; 65; 69; Mus. Rhen. LII 86 sq.

a 27) Codex Laurentianus 53, 9 s. XV membranaceus 127 foliorum (cf. Bandini, Catal. Bibl. Medic. Laur. II 604). Est hic liber Oxoniensi *O* tam similis, ut dubium esse non possit, quin in eadem Vespasiani officina ex eodem archetypo descriptus sit; quamquam non desunt, quibus inter se differant, qua de re mox dicendum erit. Fol. 217ᵘ adscriptum est 'LIBER PETRI DE MEDICIS COS · F ·', unde apparet codicem ante a. 1469, quo ille diem supremum obiit, esse scriptum. Laurentianum a. 1895 Ienae inspexi atque nonnulla enotavi. — Cf. 'Studi italiani' et Mus. Rhen. l. s. l.; eiusdem libri mentionem fecit Lindenbrog Observat. 631.

m 28) Codex Laurentianus 53, 8 s. XV chartaceus foliorum 118 (cf. Bandini, Catal. etc. II 604). In calce haec legitur subscriptio 'Mathias lupius · plebanus areolensis scripsit pro bibliotheca sua geminianensi · Mᵒ quadringentesimo quinquagesimo nono · die VII aprelis'. In Hecyrae commento post verba '*quae uolumus dicere*' (III 5, 8) tria folia vacua relicta sunt a librario, in quibus alia manus s. XVI vel XVII scholia usque ad finem huius scaenae supplevit. Tum in proximo folio ad V 1, 1 adnotatio exstat a Donati commento aliena; sequitur genuinus textus inde ab V 1, 2 '*Nec pol me multum fallit*'. In Phormionis commento scholia ad II 1, 4—19 non desiderantur; scholiorum ad II 3 ordines confusi sunt. Post Andriae prologum

eandem exhibet interpolationem quam in *O* et *a* invenimus. — Cf. 'Museo italiano' III 423; 'Studi italiani' II 57; Mus. Rhen. LII 91.

29) Codex Vaticanus Ottobon. 2070 s. XV. In prima huius libri charta legitur 'Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altaemps' († 1681). Post Hec. III 5, 8 sequitur spatium folii unius et dimidii, tum ad V 1, 1 eadem quae in *m* interpolatio; ultimo huius comoediae scholio addita sunt haec: 'textus tamen talis habetur · sequor equidem plus hodie boni feci impudens quam sciens ante hunc diem umquam. Vos valete et plaudite. Calliopius recensui'. In Phormionis commento hic cum codice *m* prorsus consentit; idem valet de interpolatione, quae post Andriae prologum inserta est. — Cf. 'Studi italiani' II 58. *n*

Praeter eos quos supra enumeravi atque descripsi nonnulli commemorandi sunt codices, qui nullius omnino pretii ad crisin factitandam aut sunt aut esse videntur; ex parte enim minus mihi innotuerunt, quam ut certam de eis proferam sententiam.

30) Codex Vaticanus Regin. lat. 1673 s. XV chartaceus 215 foliorum. Titulum 'Donati grammatici in sex P. Terentii Afri comoedias examinata interpretatio' ex Calphurnii editione sublatum manus recentior praeposuit. Hic codex propter duas res memorabilis est: primum quod in Phormionis commento ad II 3 scholia similiter atque in *D* in ordinem redacta sunt, qua in re certum vestigium pristinae formae relictum est; deinde quod duae manus a librarii manu diversae haud paucas voces Graecas, quas man. 1 solito more in lacuna omiserat, suppleverunt atque eas ex optimae notae codice ut videtur desumptas (ad tractatus, Andr., Eun., Ad., Hec.). Has partim Fr. Spiro partim G. Wissowa exscripserunt. — Cf. 'Studi italiani' II 56; 62. *G* *G*²

31) Codex Vaticanus Urbin. lat. 354 s. XV membranaceus foliorum 211. Post Andriae praefationem legitur hic titulus (fol. 6^r): 'Aelii Donati Grammatici Clarissimi in sex P. Terentii Afri Comoedias examinata interpretatio'; fol. 88^u post Eunuchi commentum inserta est 'Io. Calphurnii Brixiensis Heautontimorumenon examinata interpretatio'; ordo fabularum sic procedit: Andria Eunuchus Heautont. Adelphoe Phormio Hecyra; denique post Phormionis commentum legitur (fol. 210^r—211^r) Calphurnii epistula 'Constat antiquos scriptores — Vale decus Litterarum' (v. Loeffler, De Calphurnio Ter. interpr. 40). Haec omnia satis declarant Vaticanum editioni Calphurnianae coniunctissimum esse, id quod nec Ritschelium fugit (v. Sueton. Reiff. 483) et Sabbadini sic explicuit, ut Vaticanum ex Calphurnii autographo descriptum esse diceret; sed rectius cum Wissowa codicem ex

ipsa editione derivatum esse sumemus, nam et subscriptio ad Terentium et Donatum spectat et didascalias Adelphorum Phormionisque, quas exhibet, in Calphurnii autographo commenti Donatei exstitisse vix est credibile. Ritschelio variam lectionem ad Terenti vitam exscripsit Ribbeck.

32) Codex Matritensis Reg. 2 B 4 s. XV/XVI. Titulus idem est qui Urbinatis codicis, ut facile nascatur suspicio hunc quoque ex Calphurnii editione transcriptum esse. — V. Loewe, Bibl. patr. lat. Hispan. 465; Mus. Rhen. LII 98.

33) Codex Escurialensis E III 3 s. XV. Cf. Dziatzko, Ann. philol. suppl. X 695 adn. 1; 'Studi italiani' III 330 adn. 1.

34) Codex Londiniensis Burn. 171 plut. 162 D s. XV chartaceus foliorum 205 (cf. Catal. of Manuscr. in the Brit. Mus. I p. 54). Continet Hecyrae commentum integrum; in archetypo scholiorum series ad Phorm. II 3 nondum fuisse confusas sunt quae doceant. Textus forma ei quam Dresdensis exhibet similis.

35) Codex Londiniensis Add. 21083 plut. 227 A s. XV chartaceus 85 foliorum (cf. Catal. of Add. to the Manuscr. in the Brit. Mus. [1875] p. 319). Continet Eunuchi et Phormionis commenta. Ex iis quae H. Hilgenfeld et I. P. Gilson mecum communicaverunt hunc codicem in Eunucho saepius ad melioris notae libros accedere, in Phormione saepenumero misere interpolatum esse mihi persuasi.

36) Codex Londiniensis Add. 11906 plut. 276 G s. XV membranaceus foliorum 85 (cf. Catal. of Add. etc. [1850] p. 17). Continet Terenti fabulas et ab eadem manu Donati commentum in marginibus adscriptum. Fol. 1r legitur 'Jeronimus minato est 1471'.

---

§ 3.

De codicum inter se rationibus.

Omnium qui ad nostram aetatem pervenerunt librorum manuscriptorum antiquissimi sunt codices *A* et *B*. Qui etsi non desunt quibus differant, tamen in universum tam arte coniuncti sunt (v. app. crit. ad Andr. II 1, 23 sqq.), ut non temerarium esse videatur eos ad communem fontem referre, praesertim cum archetypum ad Andr. II 1, 24—29 lacunosum fuisse uterque testetur. Sed quominus hos libros recta via ex illo archetypo prodiisse sumamus, obstat inter alia diversus commentorum ordo, nam in *A* Andriam sequitur Adelphoe, at in *B* Andriam excipit

Eunuchus. Qua in re uter genuinum exhibeat ordinem, difficile est ad diiudicandum; verumtamen ut contra Umpfenbachium (praef. XL) et Leonem (Mus. Rhen. 38,324) in codice *B* communis archetypi ordinem esse servatum putarem, cum consensus reliquorum librorum tum illud effecit, quod Rabbow (p. 331) argute observavit eum qui ante saeculum nonum vitam Terenti Ambrosianam confecit ordinem fabularum exhibere hunc: Andria Eunuchus Adelphoe Heautontimorumenos Hecyra Phormio. Quem ordinem quin ex Donati commento repetiverit grammaticus ille nescio quis, vix potest esse dubium, quippe qui totus ex illo commento pendeat. Itaque in eo quo usus est exemplari post Andriam invenit Eunuchum, Heautontimorumenon autem, cuius commentum iam deperierat, ipse in enumeratione sua superaddidit. Huic testimonio alterum fortasse accedit, quod petitur ex scholiis codicis Victoriani s. X scripti, quo de v. infra § 5. Hinc sequitur in libro quodam, qui codicem *A* aetate aliquantum superabat, eundem exstitisse ordinem quem codex *B* testatur; unde in eo exemplari quod inter *A* et communem librorum *AB* fontem intercedit ordinem commentorum commutatum esse colligamus necesse est (cf. Mus. Rhen. LII 94). Ex iis autem de quibus modo disputavi codicibus *A* et *B* reliquorum omnium derivatum esse nullum vel inde manifestum est, quod uterque non nisi partem commenti satis exiguam continet. — Codices *CF* ad codicem Maguntinum redire supra iam vidimus; ad eundem autem fontem propter summam quae apparet congruentiam revocandi sunt libri *T* et *R*; quorum ille quidem ex eodem quo *CF* apographo (Decembrii?) pendere videtur (cf. ad Euanth. III 5), hic ni fallor ex ipso Maguntino transcriptus est. Cui opinioni vix obstat, quod in *R* nonnullae lacunae reperiuntur, quia in archetypo quid scriptum esset dignosci iam non poterat (Phorm. praef. III 4; prol. 11). Nam et ipse Candidus 'cariem vetusti operis' queritur et Riccardianum aliquanto post illius apographum constat esse descriptum; sic evenire potuit, ut quae iam ante dignosci vix potuissent, spatio

dimidii fere saeculi interposito prorsus evanuerint. Sed sive hoc sive alio modo res explicanda est, hoc quidem vel ex ipsis libris *CF* dilucide apparet codicis Maguntini propriam fuisse lacunam illam ad Phorm. II 1, 4—19, quam idem exhibet cod. *R*: quam lacunam ad iacturam unius folii vel duorum in ipso Maguntino vel in eius archetypo factam recte revocavit Sabbadini ('Studi ital.' II 74 sq.). Eandem autem lacunam reperimus in eo codice, ex quo libri *Oa(mn)* propagati sunt, ubi tamen altera accedit, qua scholia ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 hausta sunt: quae quin ex simili iactura, duorum scilicet vel quattuor quaternionum, repetenda sit, dubitari non potest. Iam videas quaeso Laurentium Vallam ad Ioannem Arretinum (qui vulgo Tortelli audit) a. 1447 haec scribentem ('Museo ital.' III 387): 'non aliud scribo quam quod ab amico ut scriberem iniunctum est, ut quaeras a domino Columnensi sive quis alius est qui Donatum super Terentium habet, numquid integer Donatus reperiatur et an super omnes comoedias scripserit. Nam hic amicus meus apud Carnutum vidit hunc auctorem sed sine tertia comoedia Ἑαυτοντιμωρουμένῳ et non integra quinta Ἑκυρᾷ itemque cum defectu in sexta, quae dicitur Φορμίων'. Nonne isdem verbis archetypus librorum *Oa* optime describitur? Porro audiamus Aurispam (l. c. 388), qui a. 1451 Antonio Panormitae scribit: 'Iamdiu scieram Carnuti in Gallia Donatum in Terentium in bibliotheca ecclesiae maioris esse. Eum curavi ut transcriberetur mihique huc Romam transmitteretur, quod iam factum est et eum codicem [i. e. apographum] hic habeo et dedi operam ut transcriberetur; quod cum erit factum, et cito fiet, originalem ad te mittam non dono sed ut et alii copiam habeant' et paulo post 'Superiore hebdomada item ad te scripsi me iam commentum Donati in Terentium habuisse, quod Carnoti ut rescriberetur curavi. Facio item transcribi, ut ipsius copiam secure amicis facere possim, ne forte denuo mihi eveniret quod Guarinus [Veronensis], Carolus [Marsuppini] et tu mihi fecistis'. En habes apographum

codicis Carnotensis in Italiam translatum, habes archetypum librorum *Oamn* (=ω), qui ut aliis de causis verisimile fit, non ex altera transcriptione, verum ex ipso apographo derivati sunt. Iam nascitur quaestio, quae inter Maguntinum et Carnotensem intercedat ratio; nam eos artissime cohaerere vel summus inter *TCFR* et *Oa*, in quantum quidem hi pristinam scripturam servaverunt, docet consensus (cf. Mus. Rhen. LII 90). Atque rem iterum iterumque reputanti hoc mihi quam proxime ad verum accedere visum est: in ipso codice Carnotensi fasciculorum compages laxata erat, quo factum est, ut primum folia, quibus scholia ad Phorm. II 1, 4—19 continebantur, exciderent. Quibus amissis ex codice iam mutilato (x^1) descriptus est codex Maguntinus. Deinde sive paulo sive multo post illi quoque fasciculi interierunt, in quibus ea commenti pars scripta erat, quae pertinet ad Hec. III 5, 8—V 1, 2. Hinc factum est, ut Vallae amicus cum Carnotensem (x^2) perlustraret, primo statim obtutu et in Hecyra et in Phormione librum illum non esse integrum animadverteret. Minime igitur Sabbadinio assentiri possum, qui contendit ('Studi ital.' II 53) observasse illum Vallae amicum inde a Phorm. III 1 scholia paulatim rarescere. Hic alia res commemoranda est atque ea summi momenti ad codicum inter se rationes melius perspiciendas. Quattuor illos libros manuscriptos *Oamn* ad eundem redire fontem (ω) cum aliae interpolationes omnibus communes docent, tum qui post Andriae prologum in omnibus legitur tractatus, quem in Mus. Rhen. LII 88 sq. transcripsi. Quamquam si hos codices inter se comparamus, mira quaedam cognoscitur dissensio: ac primum quidem in codicem *O* haud paucae lectiones irrepserunt peculiares ei librorum generi, cui assignandi sunt e. g. codices *LcdN* (φ); deinde in *a* iam multo maiorem talium lectionum numerum invenimus; postremo codices *mn* prope toti in illam recensionem abierunt, nam non solum Phormionis lacuna illius auxilio expleta est, sed etiam in eodem commento ad II 3 idem atque in *LcdN* exstat scholiorum ordo, cum in *Oa* adhuc distinctae sint series adnotationum,

sicut in libris Maguntinae prosapiae. Hinc efficitur exstitisse iam tum cum *O* describeretur recensionem illam cuius testes sunt codices *LcdN*, tantamque fuisse illis temporibus auctoritatem eius, ut pristinam textus formam paulatim submoverit. Quod comprobatur exemplo codicis *D*. Hic quoque, cum in eius archetypo et Hecyrae commentum lacunosum — quam lacunam adhibito codice quodam qualis est *F* expletam esse facile apparet — et scholia ad Phorm. II 3 nondum in unum confusa fuerint, ad eundem fontem revocandus est, ex quo *Oamn* fluxerunt. Idem *D* quamquam in universum cum libris *LcdN* sim. consentit, tamen non ita raro ab isdem dissentit et ad codicum *TCFR* memoriam se applicat (cf. etiam ad Phorm. V 8, 53). Idem fere valet de communi fonte codicum *bE* et editionis principis; in quibus Hecyrae lacuna adhuc exstat (*E* hic deest), in Phormionis vero commento ad II 3 ordo scholiorum quem exhibent *LcdN* iam receptus est.

Quod ad codices *xr*[a] *ztM* attinet, simillime res se habet; in aliis enim (*xr*[a]) Hecyrae lacuna etiam nunc cognoscitur, in aliis (*ztM*) partim in ipsis partim in proximo fonte expleta est atque expleta quidem ex libro eiusdem recensionis, cuius sunt *LcdN*. Itaque dubium esse non potest, quin hi omnes ad Carnotensis apographum redeant; unde necessario sequitur scholia ad Phorm. II 1, 4—19 in communi archetypo ex illa recensione cuius saepius mentionem fecimus esse restituta. Atque hoc ni fallor comprobatur eo, quod et in *LcdN* et in *Db ed. pr. xr*[a]*ztM* desideratur scholion ad Phorm. II 1, 7, quod in codice quodam propter ὁμοιοτέλευτον (*'causam tradere'*) videtur intercidisse. Quae cum ita sint, haud scio an nostro iure sumamus in hanc quoque Carnotensis stirpem similiter atque in *Oamn* gradatim illatam esse deteriorem recensionem. Cuius rei initium fortasse factum est in illa transcriptione, cuius Aurispa l. s. c. meminit. — Iam ad quaestionem difficillimam pervenimus, unde oriunda sit recensio illa saepius commemorata. Qua in re primum statuendum est factam esse eam ante a. 1451, quo anno Aurispa Carnotensis

apographum transcribendum curavit; simul iis quae supra exposuimus convincitur quod Sabbadini ex consensu qui est e. g. inter *N* et *z* conclusit: ut *xztM*, sic et *LcdN* ad archetypum in Hecyrae commento lacunosum redire, cuius rei nec vola nec vestigium apparet. Itaque cum Carnotensis exclusus sit, restant qui in censum veniant codices Maguntinus et *V*; uterque Hecyram habet integram, at in Phormionis commento scholia ad II 1, 4—19 in illo desiderantur, in hoc exstant, sicut in libris *LcdN* sim. Qua de causa facile sibi persuaserit quispiam Vaticanum vel eius archetypum fundamentum praebuisse, praesertim cum aliae res accedant; nam primum et in *V* et in *LcdN* scholion ad Phorm. II 1, 7 deest; tum ad Hec. V 3, 1 in utrisque pauca verba desiderantur, ubi in *V* librarius adnotavit 'deletum propter vetustatem'; postremo in Phorm. praef. III 5 sine dubio *V* eandem praebet perturbationem, quam in *LcdN* invenimus. At contra non desunt, quae illi opinioni adversentur; ex eis quae supra de codice *V* enarravimus apparet librario huius libri iam praesto fuisse exemplar illius recensionis eundemque ante oculos habuisse confusos scholiorum ad Phorm. II 3 ordines. Hinc enim explicatur, quod prioris ordinis scholium ad Phorm. II 3, 29 in posteriore repetitum est, nam in libris qui confusam exhibent recensionem scholion 29 A legitur post 28^3 B; hinc porro explicandum, quod in *V* sicut in *LcdN* post schol. 12 A additum est 'insimulo genetivo iungitur', quae verba codices *RCF* non agnoscunt (eadem adnotatio legitur in *D*, simillima in *Oa* in altero scholiorum ordine, sed hos tres libros ex recensione *LcdN* pendere supra vidimus). Denique si addimus lectiones illius recensionis a correctore in codicis *V* partem priorem interdum neglegenter esse translatas, iam haec opinor sufficiant, quibus *V* ipsum librorum *LcdN* sim. fontem non fuisse demonstretur; sed quominus ex archetypo codicis *V* recensionem illam derivatam esse sumamus, nihil videtur obstare. — Iam pergamus ad Maguntinum, quem a. 1433 ab Aurispa repertum esse commemoravimus. Eundem Aurispam sibi

apographum confecisse cognoscitur et ex ipsius et aliorum epistulis, de quibus cf. Sabbadini, 'Biogr. di Aurispa' p. 83—85, 'Museo ital.' III 385 sqq., 'Studi ital.' II 17 sq. Simul edocemur Aurispam apographum suum Carolo Marsuppini tunc Florentino tradidisse, qui illud transcriberet id est 'emendaret et in digniorem aspectum' redigeret (cf. 'Mus. ital.' III 418); quod fere intra annos 1439 et 1446 videtur esse factum. Ex Vespasiani autem Florentini officina prodiit *V*, prodierunt sine dubio *LcdN*, prodierunt denique *Oa*; eundem porro Vespasianum familiarissime usum esse hominibus doctis litteratisque, quos Mediceorum eximia liberalitas Florentiam convocaverat, res est notissima. Itaque non prorsus a veritatis specie videtur recedere coniectura ipsi Marsuppinio deberi eam de qua nunc agitur recensionem (φ). Quae si ita sunt, e codice *V* Phormionis lacunam, quam ut ipse Maguntinus ita Aurispae apographum habebat, expletam esse sumamus necesse est; cui opinioni fortasse favet omissum ad Phorm. II 1, 7 scholium, quod unus servavit Cuiacii codex, qui, ut hoc statim addam, quam proxime accedit ad librorum *RTCF*(*Oa*) memoriam.

Restat ut doceam quae inter meliores et deteriores codices intercedat ratio. Atque ne longus sim, pauca afferam exempla insigniora, quorum numerum nullo negotio augere licet.

	Meliores libri:	*Deteriores libri:*
Andr. prol. 12	ergo et poema oratio.	ergo in poemate oratio est.
„ *IV 5, 19*	maior et ad summam aetatis refertur et ad comparationem pariliter positum.	maior — pariliter et comparatiue et similitudinarie(!) positum *(cf. Arch. lexicogr. lat. XII 284; 400).*

Eun. III 1, 34	ideo quia scorta sunt dura coria. a parte ergo sui meretrices scorta dicuntur.	et dicitur scortum quia tunc aperiuntur dura coria dicta scorta. meretrices ergo sui scorta dicuntur.
„ *IV 5, 2*	sed ut hoc ipsum iam erroris esset ac uinolentiae.	sed — uinolentiae accumulatio.
„ *IV 7, 6*	proprie manipulus milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur.	proprie manipulus est militis: cum Romani et Latini sub uno centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi illi sertam uel coronam ex manipulo vel alio huius modi conficiebant, quae pro signo sequebantur.
„ *IV 7, 39*	et miles de his officiis, quae suo nomine contumeliosa sunt.	miles contumeliose dixit. ab his enim officiis, qui suo nomine uocandi sunt, data uocabula contumeliosa censentur.
Ad. III 3, 35	sic et in Eunucho: et nominatiuus et septimus casus potest esse.	sic et in Eunucho 'eum se intendit esse, ut est dementia' (!). et nominatiuus casus potest esse et ablatiuus.
„ *III 4, 47*	idonea causa aduersus uiuos faciendo pro mortuo scilicet.	idonea — uiuos querimoniam faciendo — scilicet.

Ad. IV 5, 61	quam nihil imperiose ac pro auctoritate patris!	quam — patris fiat.
„ „	non 'ne sis socors'.	non dixit 'ne sis socors'.
„ *IV 7, 18*	nihil aliud uolebat Demea nisi ut saeuiret Micio.	nihil — Demea quam ut — Micio.
„ *IV 7, 34*	equus durius.	equus ligneus.
„ *V 3, 10*	putare est falsa et cassa a ueris et utilibus resecare.	putare — falsa et infructifera(!) — resecare *(cf. Arch. lex. lat. l. c.).*
Hec. I 2, 75	uigilanter quod est 'integram ut accepi a suis': potuit enim et uitiatam accepisse.	uigilanter quod est 'integram' specificat(!), id est talem qualem accepi a suis: potuit etc. *(cf. Arch. lex. lat. l. c.).*
„ *III 2, 21*	et τὸ 'dic mihi' curiosius interrogantis est.	et — mihi: dic uerbum est instantis audire et curiosius interrogantis.
Phorm. prol. 2	'transdere' ueteres sonantius, quod nos lenius 'tradere'.	'transdere' — lenius enuntiamus 'tradere'.
„ *I 2, 1*	tertia persona.	tertia persona de se loquens usus est.
„ *I 2, 3*	ordine.	ordinem seruauit.
„ *II 1, 23*	quam pacato ore.	quam miti pectore.

Quae qui consideraverit, facile intelleget, quam bene in hanc Italorum recensionem quadrent, quae apud Voigtium

('Wiederbelebung d. class. Altert.' II³ 385) legimus: 'Ihr Resultat war ohne Zweifel eine Ausbesserung und Ebenung des Textes durch eine Fülle von bunten, aus dem allgemeinen Sprachgefühl entsprossenen Conjecturen'!



§ 4.

De editionibus.

Quamquam Donati commentum circiter quinquagies typis mandatum est — cf. Westerhovii edit. I, LXXIX sqq., Ritschl in Suetonio Reiff. p. 483 sqq. (= Opusc. III 218) —, tamen hic rem paucis absolvere licet, nam editiones, quae alicuius momenti videantur, admodum paucae sunt.

ed. pr. 1) Editio princeps ex eadem officina prodiit, cui Italia primum librum typis descriptum, eiusdem scilicet Donati artem grammaticam, debet: nam foras eam dederunt Conradus Sweynheym et Arnoldus Pannartz Romae a. 1472. Cum hac de principatu contendit editio Veneta Vindelini Spirensis quam procuravit Raphael Zovenzoni. Quae quo anno facta atque emissa sit etsi prorsus ignoramus, tamen omnium qui harum rerum periti sunt consensu ad Romanam quam proxime accedit, nisi forte ut bonitate ita etiam aetate eam superat. Ab hac Veneta totam pendere editionem anonymam, quae Mentelino Argoratensi assignari solet, vel ipsi versus subscriptionis loco additi produnt (cf. 'Studi italiani' II 76 sq.). Romana autem et Veneta ut inter se quam maxime consentiunt, ita neque haec ex illa neque illa ex hac fluxerunt, sed ad eundem librum manuscriptum redeunt, ad quem codices *b* et *E*. Codex ille, ex quo derivatae sunt, ad deteriorum librorum genus pertinebat et in Hecyrae commento magna illa lacuna (III 5, 8 —V 1, 2) laborabat; ad Phorm. II 3 scholia eodem modo confusa erant atque in reliquis eiusdem condicionis libris. Eo autem editiones a recentioribus libris manuscriptis differunt, quod satis multas voces Graecas continent, quas tamen magnam partem interpolatori deberi luculente demonstravit Sabbadini ('Studi ital.' III 333). Quod cum etiam de multis aliis lectionibus harum editionum propriis valeret, rectissime Dziatzko 'principi editioni non plus fidei deberi quam cuipiam noviciorum codici' statuit (edit. Terent., Lipsiae 1884 praef. p. X adnot. 6).

ed. Mediol. 2) Editio Mediolanensis Antonii Zaroti a. 1476. Haec cum aliis rebus tum eo a principe differt, quod prima Hecyrae commentum integrum exhibet: unde sequitur eam ad diversum fontem redire. Sabbadini ('Studi ital.' II 80) consensum quendam inter Mediolanensem et codicem Vaticanum *G* indicavit, sed illam ex hoc derivatam esse ipse negavit; editorem codice Ambrosiano *q* usum esse fortasse recte Wissowa suspicatus est.

Calph. 3) Editio Veneta a. 1476 et Tarvisiana a. 1477 Ioannis Calphurnii Brixiensis (v. Loeffler, De Calphurnio Terentii interprete, Diss. Argent. 1882). Haec editio in universum nititur editione principe, cuius lacunam in Hecyrae commento Calphurnius explevit adhibito quodam libro manuscripto, qui cum codicibus *t M* artissime cohaeret (v. 'Studi ital.' II 82). Praeterea ordinem comoediarum editor mutavit, ut sic procederet: Andria Eunuchus Heautontim. Adelphoe Phormio Hecyra, sicut etiam in Terenti editione, quacum Donati commentum coniunctum est. Ad Heautontimorumenon cum Donati interpretationes iam non exstarent, Calphurnius ipse commentarium composuit, quem maximam partem ex reliquis Donati commentis compilavit; cf. Loeffler l. c. 47 sqq. Itaque editioni subscriptum est hoc:

'P. Sexti Terentii Afri cum Aelii Donati grammatici examinata interpretatione finis. Insuper addita est Calphurnii in Heautontimorumenon Terentii accurata expositio'. Denique editioni epistula praefixa est 'Calphurnius Brixiensis Marco Aurelio viro praeclarissimo salutem ·' etc., quam edidit Loeffler p. 40—45.

Ab hac Calphurnii editione pendere codicem Vatic. Urbin. 354 iam supra commemoravimus; idem valet de codice Boendermakeri, quo Westerhov usus est (v. 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' p. 24) et de codice quodam Gandaviensi nunc ut videtur deperdito, cuius collatio a Gronovio facta (cf. 'Unters.' etc. p. 27) exstat in editione Lindenbrogiana Leidensi (Gronov. nr. 12). Hoc autem propter Ribbeckium moneo, qui in edendis comicorum Romanorum fragmentis hac Gandaviensis collatione usus est. Relinquitur ut addam Matritensem quoque Donati codicem videri ex Calphurnii editione esse derivatum (v. supra § 2, 32).

4) Editio Parisina a. 1529 (1536, 1541) Roberti Stephani. *Steph.* De subsidiis suis editor in praefatione pauca indicat, cum loquitur de 'codicibus antehac excusis' et de 'vetusto exemplari manuscripto'; illarum in numero sine dubio fuerunt editio princeps et Mediolanensis, de hoc quid iudicandum sit supra (§ 2) exposuimus. His igitur subsidiis nisus et adhibitis Terenti aliorumque scriptorum operibus Donati commentum ita in integrum restituere conatus est Stephanus, ut scholia secundum ipsius Terenti verba in ordinem redigeret, lemmata instauraret, interpretamenta emendaret atque suppleret, Graeca reponeret, sententias auctorum saepenumero singulis litteris signatas integras redderet. Qua in re etsi Sabbadinio (l. c. 81 sq.) concedendum est saepenumero Stephanum errasse multisque locis vim potius quam medelam adhibuisse, tamen negari non potest, quin optime de hoc commento meritus sit; ut alia mittam, vel hoc ei laudi vertendum est, quod saepissime abiectis pravis superiorum editionum lectionibus ex optimo ni fallor codice suo genuinum textum exhibuit, quo factum est, ut Parisina editio omnes quae ante id tempus virorum doctorum manibus versabantur editiones longe superaret.

5) Editio Parisina a. 1602 et Francofurtensis a. 1623 Friderici Lindenbrog. *Lindenbr.* Quod ad ipsum commenti textum attinet, haec Lindenbrogii editio in universum non ita multum differt a Stephaniana, nisi quod hic illic haud pauca ex novis subsidiis manuscriptis emendata vel suppleta sunt. Sed Lindenbrog non solum quibus usus sit codicibus accuratius indicavit, verum etiam primus satis multas lectiones librorum suorum in observationibus enotavit, unde qualia ei manuscripta subsidia praesto fuerint aliquo modo statuere possimus. Ipse in praefatione haec exponit: 'Donati duo exemplaria habuimus et illa Pithoeorum accurata diligentia ad Mss. codd. Antonii Contii

et Iacobi Cuiacii Antecessorum Bituricensium collata, quorum auxilio in hoc commentario plurimae lacunae suppletae aliaque infinita errata integritati suae restituta sunt. Iuverunt etiam nonnihil collectanea quaedam quae in bibliotheca regia Parisiensi, et schedae vett. Pet. Danielis Aureliani viri humanissimi.' De Pithoeorum collatione iam supra verba fecimus; schedis autem Petri Danielis cod. Parisinum *A* significari rectissime demonstravit Dziatzko (Mus. Rhen. XIX 450 sq.). Sed in hoc errasse mihi videtur vir doctissimus, quod de Lindenbrogii collectaneis protulit: 'sie waren eine gedruckte Donatausgabe mit handschriftlichen Varianten, wahrscheinlich auf Grundlage des cod. 7920, und mit Conjecturen.' Nam cum Lindenbrog, ut ipse in praefatione docet, cod. Paris. 7899 Terenti ad emendandas comoedias adhibuerit, in hoc autem codice, quem editor in observationibus Ms. R(egium) appellat, permulta Donati scholia (usque ad Andr. I 5, 10) exhibeantur (cf. Umpfenb. praef. XXVI; Schlee, Scholia Terent. 38; Chatelain, 'Paléogr. des class. Lat.' ad tab. VII), mihi quidem veri videtur esse simillimum his excerptis cod. Parisini 7899 usum esse Lindenbrogium (v. 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' 22 sq.; cf. etiam, quae in observ. p. 640[a] de Sulpicii periocha ex Ms. R. affert Lindenbrog et Umpfenbachii adnotationem de codice *P* p. 430). De altero Cuiacii codice Lindenbrogio permisso v. Hagen, 'Der J. u. Ph. Peter Daniel' p. 31.

Westerh. 6) Editio Hagana a. 1726 Henrici Westerhov. Praeter duos libros manuscriptos, alterum Hulsii alterum Boendermakeri, de quibus v. supra (§ 2 et § 4, 3), editor nonnullas editiones vetustiores, in his unam de principibus ut videtur (cf. praef. p. LXXXX), adiit, quarum lectiones in observationibus enotavit; ibidem multas coniecturas protulit, quarum partem Wielingio amico debebat. Textum qualem ex Lindenbrogiana recepit, rarius immutavit. — Hanc Westerhovii editionem repetiit G. Stallbaum additis Bentleii et Schopeni in Donatum observationibus (Lipsiae a. 1830—31).

Klotz. 7) Editio Lipsiensis a. 1838—40 Reinholdi Klotz. Hic quomodo rem absolverit, ipse indicat in praefatione p. V: 'adnotationes nonnullae Aeli Donati quae in vetustioribus editionibus leguntur . . . ex editionibus volgatis exciderunt . . . denique editores . . . multa secus ac leguntur in veteribus editionibus constituerant. . . . His ego incommodis quom libros manu scriptos . . . nunc quidem nancisci non potuissem, sic mederi studui, ut duas editiones antiquissumas, principem unam quae fertur sine loco et anno [i. e. Argoratensem, v. supra sub 1)], alteram Venetam anni 1485 [a Calphurniana pendet] . . . potissumum . . . sequerer'. Hinc satis apparet, quam fallaci nitatur fundamento haec editio. Attamen ne iniqui simus, hoc

profitendum est Klotzium, ut ipse l. c. monuit, veterem ordinem adnotationum — in universum quidem — revocasse et hic illic textum in integrum restituisse.

---

§ 5.

De scholiis Terentianis ex Donati commento excerptis.

1) Scholia Bembina. In antiquissimo Terenti libro manuscripto, quem viri docti intra IV et V saeculum collocant, margines oppleti sunt scholiis, quae pertinent ad Andr. IV 5, 8—V 5, 8, Eun., Heaut. in. — III 2, 39, Phorm., Adelph. Horum scholiorum exiguam partem ex P. Victorii apographo Schopen a. 1832 (Progr. gymn. Bonn.) publici iuris fecit, fere omnia Umpfenbach in Hermae vol. II 341—402 edidit, sic tamen, ut satis multa vel corrigenda vel supplenda reliquerit, ut docent ea, quae Studemund in Annal. philol. 1868, 546—71 et 1882, 51—63 congessit. Octavo saeculo scholia tribuit Umpfenbach, qui idem animadvertit a duobus librariis ea scripta esse; propius ad ipsius codicis aetatem accedere scholiastas sibi persuasit Studemund, de s. VI—VII cogitat Hauler; at Zangemeister-Wattenbach, Sickel, Kauer pro certo affirmant omnia scholia, et prioris et recentioris manus, sexto saeculo codici Bembino esse adscripta (cf. Ter. Phormio ed. Dziatzko-Hauler p. 185; Stud. Vindob. XX 255 sqq.). Atque primum quae ad Andriam adnotata sunt, nulla omnino ratione cum Donati commento coniuncta sunt; in eis deinde quae ad Eunuchum et Adelphos pertinent inveniuntur sane nonnulla, quae cum Donato consentiunt, sed num ex huius commento, quale quidem ad nos pervenit, desumpta sint, res est admodum dubia; nam ille qui cognoscitur consensus ad communem fortasse fontem velut Terenti codicem variis scholiis instructum referendus est. Idem valet de parte scholiorum ad Heautontimorumenon et Phormionem. Rem autem ita se habere nescio an comprobetur illo ad Eun. II 3, 45 scholio Bembino, ubi legimus 'sed quantum Donatus commentator Vergilii refert'! Contra si ea scholia quae Phormionis prologo et primo actui adscripta sunt cum nostro commento comparamus, fieri non potest, quin illa ex hoc deprompta esse statuamus; habemus enim utroque loco eandem scholiorum farraginem (cf. inprimis ad I 1, 1) nec non compluribus locis singula commenti scholia in Bembino conglutinata videmus. Hinc sequitur ut sub finem sexti saeculi Donati commentum iam tale exstitisse putemus, quale ad

nostram aetatem pervenit. Quod etiam alia ratione comprobari potest: nam scholiorum ad Heaut. facile duo discernuntur genera, quorum alterum arto quodam vinculo cum nostro commento cohaeret. Hoc non ita explicandum est, ut excerpta ex deperdito Donati ad illam fabulam commento nobis praesto esse sumanus, sed — id quod luculentissime demonstravit Gerstenberg (De Eugraphio 108 sqq.; cf. etiam Smutny in Dissert. Vindob. VI 134 adn. 3) — ex quinque Donati commentariis nobis servatis similiter compilata sunt, atque Calphurnii in eandem comoediam interpretationes. Cuius rei 'una inveniri potest causa haec: quia scholiasta ille commentarium Donati in eam fabulam non iam habuit' (Gerstenberg 111). Aut igitur a compilatore corporis nostri Donatei omissum est illud commentum aut, quod a vero propius abesse videtur, post illum excidit (cf. Rabbow p. 332). Sic non solum cognoscimus qua aetate archetypus omnium codicum nostrorum confectus sit, verum etiam testem spectatae vetustatis nacti sumus, quamquam excerptorem interdum satis libere commenti textum tractasse neglegendum non est.

2) Scholia Victoriana. Exstant in codice Terenti Laurentiano 38, 24 s. X frustula Donatea ad Andr. III 2, 24 —V 5, 7 et Eun. prol. 5—II 2, 43. Horum scholiorum primus mentionem fecit Umpfenbach in Herm. II 338; idem in edit. Ter. partem excerpsit (praef. XX adn. 2). Post illum ediderunt Sabbadini in 'Studi ital.' II 24—25 et Schlee, Scholia Terentiana 68—69. — His igitur scholiis vel potius glossis semper adscriptum est 'secundum d(onatum)'. Quae quin ex eiusmodi commento, quale nobis praesto est, excerpta sint, dubitari vix potest (cf. e. g. ad Eun. II 1, 5, ubi codd. Donati '*Quod mihi carior pro qui mihi sum carior*', scholiasta '*pro qui mihi sum carior; aliter quod mihi carior scd. d.*': in utrisque eadem lemmatis corruptela); sed eundem qui scholia Victoriano addidit, ea ex Donato exscripsisse minime certum est. Immo non abest suspicio frustula illa ex alio codice Terentiano in Victoriani margines esse translata (cf. Umpf. Herm. II 338; velut ad Andr. V 1, 20 exstat '*praesenseram*] *aliter nt secundum d.*', quod ni fallor corruptum est ex '*aliter rit s. d.*', nam '*senserit*' testatur Donati commentum); qui cuius generis fuerit etsi certo diiudicari nequit, tamen de libro familiae γ (*PC*) cogitari posse non omittam. Etenim ad Andr. III 2, 24 legitur '*occepi*] *vel occoepi secundum donatum*', hic autem habet '*occepi*] *occepi melius quam incepi* (*fort.* quam coepi *ex cod. A*)', unde non absurdum videtur credere in libro quodam ad Terenti 'coepi' adnotatum fuisse 'vel occ(epi) s. d.'; 'coepi' vero est lectio codicum *PC*. Deinde ad Andr. IV 4, 45 in Victoriano scriptum est '*aha necdum omnia*] *aliter an haec tu omnia scilicet audisti secun-*

dum d.', in Donati commento duo exstant scholia '*1)* AH NEC TV OMNIA ..... *2)* NEC TV OMNIA *audisti subauditur*'. Iam apparet illam Victoriani adnotationem ad secundum scholium pertinere; sed neque in hoc neque in illo apud Donatum 'an haec tu omnia' legitur, quae contra lectio est librorum *PC*. Fortasse igitur Victoriani scholium desumptum est ex codice quodam, in quo ad verba 'an haec tu omnia' supra versum additum erat 'scilicet audisti s. d.' Sed haec sufficiant. In Victoriano ordo fabularum est: Andria Adelphoe Eunuchus etc., itaque Sabbadini, quod frustula Donatea ad Andriam et Eunuchum pertinent, sagacissime conclusit derivata esse excerpta illa ex libro, in quo Andriam Eunuchus excipiebat; sed hinc eundem ordinem ex Donati aliquo codice profectum esse mea quidem sententia non necessario colligitur, cum et in libris *PC* Eunuchus sequatur Andriam.

3) Scholia Riccardiana. De Riccardino (nr. 528 s. XI) Umpfenbach in praefatione p. XXXIII ita refert: 'praeter secundam manum in initio Hecyrae et in Phormione tertia quaedam eiusdem aetatis atramento nigriore et ductibus subtilioribus excerpta ex scholiis Donatianis aspersit'; ibidem (adn. 1) quae partim ipse partim Studemund descripserant exhibet. Pertinent autem scholia Riccardiana, quae etiam Schlee syllogae suae inseruit (p. 69—75), ad Hec. prol. I 1—I 2, 84 et ad Phorm. prol. 1—III 2, 1; Donati nomen nusquam adscriptum est. Plerumque haec excerpta consentiunt cum optimis Donati codicibus; itaque quoniam in hac commenti parte nisi saeculi XV libri manuscripti nobis praesto non sunt, multo vetustiorem testem servatum esse gaudemus. Tametsi hic quoque sicut in Bembinis scholiis cautione opus est, ne Donati commento adscribamus, quod soli excerptoris arbitrio debetur, velut ad Phorm. II 2, 24 versus Iuvenalis, quem codices nostri non agnoscunt.

4) Scholia Vaticana. Perexiguus est numerus scholiorum Donateorum in cod. Vaticano 3868 s. IX/X, cf. Umpfenbach in praefat. p. XXVII et Schlee l. c. p. 67—68.

5) Scholia Parisina. Iam apud Umpfenbachium in praef. p. XXVI haec legimus: 'scholia refert [sc. Fritschius] in f. duodecim prioribus [codicis Parisini 7899 s. IX/X] permulta esse, deinde rarescere, nonnullis locis plane deesse'; tum Chatelain 'Paléogr. des class. Lat.' ad tabulam VII de eodem codice ita refert: 'Dans le Paris. 7899, le texte de Térence est accompagné, au moins dans la première partie du volume, de gloses abondantes empruntées généralement au commentaire de Donat'; denique Schlee p. 38 mentionem facit, cum dicit 'in *P* libro priora folia duodecim multis Donatianis scholiis obsita sunt'. Haec scholia exceptis eis, quae Chatelain l. c.

transcripsit (ad Andr. I 5, 1—10), adhuc edita non sunt; magnam vero partem Schopen, cum a. 1851 Parisiis versaretur, descripsit simulque adnotavit pertinere illa excerpta ad tractatus de comoedia (Euanth. IV 5 sq.) et Andriam usque ad I 5, 10. Accedunt autem haec scholia Parisina quam proxime ad eam commenti formam, quae in optimis Donati codicibus nobis tradita est; ex ipso Parisino *A* Donati ea esse descripta iam contendere non ausim, cum sine dubio ex vetustiore libro fluxerint. De ratione quae inter Lindenbrogii 'collectanea' vel 'excerpta Ms. R.' et scholia codicis Paris. 7899 intercedat, v. supra § 4, 5.

De Eugraphio fusius disputavit Gerstenberg l. c. p. 33 sqq. Hic monuisse sufficiat inesse in nostra scholiorum farragine permulta, quae ex illius commento derivata esse videantur neque apud Eugraphium deesse, quae originem Donateam aperte prae se ferant. Certiorem sententiam tum demum proferre licebit, cum quae sit Eugraphiani commenti indoles atque natura melius perspexerimus.

Quod ad scholia recentiora pertinet, quorum partem Schlee edidit, viro doctissimo adstipulor, qui p. 44 haec protulit: 'cum Donatianis magna multitudo brevium scholiorum congruit, quae utrum ex ipso Donato an ex eodem, quo ille hauserit, fonte petita sint, non liquet'. Nam sicut fieri potuit, ut breves illae adnotationes ex genuino Donati commento excerperentur, ita non alienum est credere ex codice quodam Terenti glossis instructo permulta in nostram commentorum compilationem irrepsisse. Fortasse autem accurata scholiorum Donateorum, Bembinorum, Eugraphianorum, recentiorum comparatione instituta melius apparebit, quid in hac re statuendum sit.

---

§ 6.

De novae editionis subsidiis manuscriptis.

Ex eis quae supra (§ 3) exposuimus satis apparet, quos potissimum in constituendo Donati textu sequi debeamus libros manuscriptos: ubique proficiscendum est a codicibus, qui immunes sunt ab Italorum saeculi XV retractatione, id est *ABV*[1] *Cuiac. RTCF.* Qua in re neglegendum non est, quod iam supra monui, in adhibendo codice *B* cautione quadam opus esse; deinde codicis *F* testimoniis carere possumus excepta prima commenti parte, ubi *C*

deest. Iam si apparatum criticum ad Andr. II 1, 31—fin., ubi praesto sunt codd. *ABV*[1]*TC* perlustramus, has affinitates reperimus:

ABV[1]—*TC*: II 1, 31 uel — et; II 3, 29 dixit — ostendit; II 6, 16 celanda — occultanda; 24 reprehendo — uitupero; III 2, 31 enim — ante; 46 adiunxerunt — affixerunt; III 4, 18 commotus — prouocatus; 19 caute — hanc; 22 palam — manifestum; III 5, 4 et sapientia — pretium pro stultitia; IV 1, 9 id est quia — tamquam; 13 promiserunt — prouiderent; IV 5, 8 sequebatur — perseuerat; V 2, 13 precatorem — praeceptorem; V 3, 25 potest incusare — accusare potest; V 4, 12 esse — chritonem; V 5, 1 duas res — duo.

AB—*TCV*[1]: II 3, 9 a principio — ab initio; III 3, 10 mutabant — uitabant; IV 3, 18 sagittariis — sagittis; V 6, 14 plurimis — pluribus.

AV[1]—*BTC*: IV 3, 18 captandas — capiendas; IV 4, 47 in cruciatum — cruciatum; V 2, 14 uolunt — uelint; V 3, 27 sufferre — ferre; V 4, 11 tuam — tu iam; 34 consuetudine magis — m. c.; 47 uel—et; V 5, 4 sint — sunt.

ATC—*BV*[1]: V 1, 9 hic — haec; V 2, 3 et aduentum — aduentum; V 3, 8 mos — mox.

In reliquis commenti partibus res eadem est. Differentiarum autem quae apparent pars casui tribuenda est, pars inde repetenda, quod codices *TC* non recta via ex antiquo libro propagati sunt, sed intercedente hominis docti transcriptione; quae restant, ex glossematis vel variis lectionibus adscriptis originem traxisse videntur, cf. e. g. Andr. I 1, 9: dominabatur *AV*[1], dominatu *T*, dominatu, *in mg.* al. dominabatur *C*; II 6, 8: omnibus uel nominibus *AB*, omnibus *TC*, nominibus *V* (*dett.*); V 1, 5: criminis uel criminationis *A*, criminis *rell.*; V 3, 25: peccato, *sscr.* uel re *A*, peccare *rell,*; V 6, 3: dixerit, *sscr.* uel sci *A*, dixerit *ut vid.* *V*[1], scierit *rell.*

Accedit quod librarii saepius ad libidinem pristinum verborum ordinem immutaverunt, cuius rei luculenta ex-

empla sunt haec: Ad. II 2, 17 demonstratiuus (sic V^2 *dett.*)] demonstrat huius *ut vid.* V^1, huius demonstrat *C*; Ad. IV 5, 33 dixit sed miser amet] dixit sed miseram et · *C*, sed miseram dixit et *V* (*dett.*); Ad. V 9, 16 qui amari conabatur] quia mori conabatur *C*, quia conabatur amari *V* (*dett.*); Hec. III 1, 8 aut enim soluunt nos curae] autem insoluunt nos cure *C*, aut enim nos curae insoluunt *V* (*dett.*); cf. etiam supra ad Andr. V 3, 25; 4, 34.

Si originem atque indolem singulorum librorum respicimus, in universum dici potest praestantiorem esse fidem codicum ABV^1. Quo magis dolendum est in maxima commenti parte his testibus nos esse destitutos, adeo ut omnino ad Maguntini memoriam delegati simus. Sed hic quoque perincommode accidit, quod duo codices — *T* et *R* dico — non nisi exiguam totius operis partem continent, cum solus *C*(*F*) integrum exhibeat commentum. Cui accedit codex *V*, quem inde ab Ad. II 3 testem esse incertissimum saepius commemoravimus. Atque ut discernamus, ubi *V* ex Italorum recensione pendeat, necesse est consulamus libros deteriores, qui ad eandem recensionem pertinent; ubi igitur *V* a codicis *C* memoria discedit et cum deterioribus consentit, fieri non potest, quin illius scriptura in summam vocetur suspicionem. Idem cadit in Phormionis commentum, ubi praeter *C* codicem *R* Maguntinae prosapiae testem habemus. Haec autem re vera ita se habere optime comprobatur lectionibus codicis Cuiaciani, quas Pithoeorum collationi debemus. Pauca afferam exempla. *C* (*Cuiac.*) — *V* (*dett.*): Ad. IV 2, 13 figurauit] figura aut — figuratiue ut dicimus; IV 2, 43 mane deueni] man deuani (manaeuam) — mande iram; IV 3, 2 fecerat (faceret) — peccatum fuisset; IV 4, 3 significat — significet; IV 4, 22 fuisse — esse; IV 5, 59 subaccusatur hoc (hic) — per hoc subaccusetur; IV 7, 5 mitigare sibi acriorem fieri iracundiam (-dum) demeam — iracundiam demeae acriorem fieri possibilem sibi mitigare queat; Hec. prol. II 1 dum (dicit) — memoratur; prol. II 23 at ubi cum (a iudicum) persona — primo cum persona; I 1, 17 semper suasisse (se

persuasisse) — eam persuasisse; I 2, 56 a nomine in · e & (a nomine cet) — antonomasice; II 1, 41 coniunctia (-tiua) — coniunctione. *B C* (*Cuiac.*) — *V* (*dett.*): IV 3, 15 nominauit apposita sunt (nomina ut posita sunt) — nominauit; IV 4, 8 socrum sed — sostratam et. *R C* (*Cuiac.*) — *V* (*dett.*): Phorm. I 1, 1 grecisque (gregisque) — generisque (*sic et R in mg.*); I 1, 7 pro uero (puero) — pro uere scio; I 2, 52 hortatus (-tor) — hortari; I 2, 97 nam — iam; I 4, 34 uide satin — et quid commachinetur; II 3, 8 sexu — sensu; 18 ociosa — odiosa. — In tanta integrorum testium penuria facere non poteram, quin interdum deteriorum librorum lectiones afferrem, praesertim iis locis, ubi velut ad Phorm. II 1, 4—19 *V* solus commenti textum servavit. Quod ex magno deteriorum codicum numero *L* et *D* (quibus in priore parte accedit *P*) selegi, hoc post ea, quae de libris manuscriptis exposui, comprobationis indigere non puto; his interdum addidi scripturam codicis *O*, quippe qui hic illic bonam lectionem exhiberet. Iam quibus subsidiis in singulis commenti partibus nitatur nova editio, haec doceat tabula:

	Meliores					Deteriores			
Vita Terenti	*A*		V^1	*T*	*F*	*LP*	V^2	*D*	
Tractatus de comoedia	*A*		V^1	*T*	*C*	*LP*	V^2	*D*	
Andria — II 1, 23	*A*		V^1	*T*	*C*	*LP*	V^2	*D*	
„ II 1, 23—fin.	*A*	*B*	V^1	*T*	*C*	*LP*	V^2	*D*	
Eunuchus — III 2, 1		*B*	V^1	*T*	*C*	*LP*	V^2	*D*	
„ III 2,1—V 2,23			V^1	*T*	*C*	*LP*	V^2	*D*	
„ V 2,23—fin.			V^1		*C*	*LP*	V^2	*D*	
Adelphoe — I 1, 40	*A*		V^1		*C*	*LP*	V^2	*D*	
„ I 1, 40—II 3			V^1		*C*	*LP*	V^2	*D*	
„ II 3—fin.			(V^1)		*C*	*L*	V^2	*D*	
Hecyra — III 4, 16			(V^1)		*C*	*L*	V^2	*D*	
„ III 4, 16—V 2, 8		*B*	(V^1)		*C*	*L*	V^2	(*D*)	
„ V 2, 8—fin.			(V^1)		*C*	*L*	V^2	*D*	
Phorm. — II 1, 4			(V^1)	*R*	*C*	*L*	V^2	*D*	(*O*)
„ II 1, 4—19			(V^1)			*L*	V^2	*D*	
„ II 1, 19—fin			(V^1)	*R*	*C*	*L*	V^2	*D*	(*O*)

Quod ad voces Graecas attinet, in iisdem paene versamur angustiis, quippe cum in noviciis libris fere desiderentur. Omni suspicione carent, quae in *A B Cuiac.* traditae sunt; idem valet de iis quae in *V* — huic plurimas debemus — et *R* leguntur. Accedunt quae in *M* a manu 4., in *G* a manu 2. nescio quibus ex fontibus suppleta sunt; paucissima ex codice quodam Caroli Strottii repetuntur (v. 'Studi ital.' II 89; 127). Praeterea in *TC*(*F*) quaedam casu servata sunt, de quibus disputavi in Mus. Rhen. LII 75 sq. Nonnulla etiam in codicibus *tx* sed in prima dumtaxat commenti parte (usque ad Andr. I 1, 98) exstant; haec plerumque cum iis consentiunt, quae in *M* atramento scripta sunt: minio enim manus 4. supplevit. Longe alia condicio est vocabulorum Graecorum, quae editio princeps exhibet; nam ea si non omnia at magnam partem interpolatori deberi demonstravit Sabbadini ('Studi ital.' III 333). Quid de Stephani editione statuendum sit, docent ea quae in praefatione exponit: ubi librorum manuscriptorum testimonium accedit, suspicio nulla est, at ubi illi deficiunt, quod imprimis in Adelphorum commento factum est, periculum est, ne quae docti nescio cuius coniecturae debentur, vetusto exemplari quo usus est editor imputemus. — Praeterea monendum librarios in perscribendis vocabulis Graecis, — hoc potissimum ad terminos technicos quos vocant pertinet — sibi minime constitisse; unde factum est, ut in codicibus modo Graecae modo Latinae litterae appareant. Qua in re eam potissimum secutus sum rationem, ut omnibus locis Graecam restituerem formam, ubi aut optimi libri eam exhibent aut in quibusdam lacuna exstat, cum alii Latinam formam praebeant.

---

§ 7.

De eius quod ad nos pervenit commenti forma atque origine.

Ad communem archetypum redire omnes codices nostros non est quod pluribus demonstretur. De illo egit Sabba-

dini ('Stud. ital.' II 22 c. adn.; 73; III 335), cui id concedo proximum fontem minusculis litteris scriptum, hunc autem ipsum ex codice maiusculae litteraturae derivatum fuisse (cf. quae § 2 de Parisino *A* indicavi). Quod autem vir doctissimus contendit prototypon exemplar saeculo VI—VII confectum esse, paulum ab eo dissentio. Id quidem recte animadvertit terminum quendam praeberi scholiis Bembini codicis ad Phormionis partem priorem spectantibus: quae saeculo VII attribuit, cum vix possit esse dubium, quin sexto saeculo vetustissimo libro adscripta sint (v. supra § 5, 1). Sed quod Leonem secutus dicit Prisciano pleniorem commenti Donatei formam praesto fuisse, quam quae ad nos pervenerit, id probare minime possum: etenim si duos illos institutionis grammaticae locos (v. § 1 testim.) comparamus, hoc solum efficitur deprompsisse grammaticum ex Donati commento variam ad Andr. III 3, 4 lectionem 'paucis' et 'pauca', quam nostrum quoque commentum testatur. Nulla igitur re impedimur, quin medio fere saeculo VI eam quae aetatem tulit scholiorum Terentianorum recensionem esse ortam sumamus.

Iam vide quaeso, quantum spatium temporis inter prototypon illud exemplar et antiquissimum quem habemus codicem — Parisinum *A* s. XI dico — intercedat: facillime animo comprehendere poteris, quam lata omnis generis corruptelis praesertim in huiusmodi opere patefacta sit via. Quas si removerimus — quod ut fieret, enixe operam dedi: quamquam permulta adhuc sospitatorem flagitare non ignoro —, non ad ipsum Donati commentum perveniemus, sed ad eam tantummodo quam saeculo sexto assignavimus scholiorum compilationem, quam in hac editione quoad fieri potuit exprimendam curavi, adeo ut etiam scholiorum ordinem saepenumero perturbatum servaverim.

Cum non sit in animo totam hic pertractare quaestionem Donateam, satis habeo indicasse, quomodo commentum nostrum ortum esse videatur. Iam inde ab saeculo XVI viri docti animadverterunt hanc scholiorum farraginem a Donato non esse profectam (v. 'Studi ital.' II 4 sq.); ita-

que varia temptaverunt, ut rem explicarent, quae omnia referre et longum est et supervacaneum, cum diligentissimam habeamus Sabbadinii disputationem. Quem potissimum secutus sic mihi rem composui: genuinum Donati commentum in duorum excerptorum manus incidit, qui servato auctoris nomine scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines transtulerunt. Procedente tempore evenit, ut variae adnotationes diversae originis sive ab ipsis excerptoribus sive ab aliis adicerentur. Tum sexto saeculo nescio quis duo illa scholiorum corpora admodum aucta in unum cogere studuit atque rem ita instituit, ut primum singulos scholiorum ordines binis columnis iuxta positis ex codicibus transcriberet, deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet; id quod ei non semper contigit. Simul commissuras quam maxime occultare conatus est, ut unius et simplicis operis speciem efficeret; fortasse etiam alia nonnulla de suo addidit. Compilator vero 'cum per quattuor [vel quinque, scilicet Andr. Eun. Heaut. Ad. Hec.; cf. supra § 5, 1] fabulas id egisset sedulo, ut duos commentarios in unum concinnaret et contaminaret, in Phormionis II 3 abiecta subito industria integros posuit, primum alterum a v. 7 (nam huc usque contaminati sunt) ad v. 93, deinde alterum a v. 5 ad v. 93; dehinc autem quae sequuntur scholia usque ad finem fabulae, ea ita comparata sunt, ut unum commentarium adhiberi intellegas. Quare certum est Phormionis commentum fuisse ultimum, ad quod cum pervenisset compilator, fastidio concepto destituerit quam usque dederat operam' (Rabbow p. 331, qui quae in period. phil. Berolin. 1895, 427 exposui, non recte intellexisse videtur). Hinc igitur numerosissimae illae repetitiones, hinc saepenumero perturbatus scholiorum ordo, hinc porro mira illa ad Phorm. II 3 commenti forma, hinc denique rarescentia ad Phorm. III—V scholia!

Iam si quaeritur, num fieri possit, ut aliqua ex parte genuinum Donati commentum ex hac scholiorum farragine eliciatur, equidem hoc non prorsum negaverim, sed res

mihi videtur esse admodum lubrica atque intricata. Quin ipse qui periculum fecit Sabbadini confiteri coactus est rem interdum esse meri arbitrii ('Stud. ital.' III 346; cf. etiam Leo in Mus. Rhen. XXXVIII 333). Itaque ne aliorum praeoccuparem iudicium simulque ut aliquo modo viam praestruerem, satis habui ea quam indicaverunt Schopen, Teuber, Sabbadini ratione adhibita singulas adnotationum glebas in quantum iustum ac necessarium visum est dissoluisse. Inclinatis autem litteris reddi ea inprimis volui, quibus integrum scholium in duas vel plures partes disiectum esse videbatur; hic illic etiam parva additamenta (cf. Andr. prol. 6^2; 16^3; 24^2; 25^3; I 1, 1^6; 2^1; al.) eodem typorum genere exprimenda curavi.

De Euanthio eiusque commentario Terentiano, de quo ambigunt viri doctissimi, v. commentatiunculam meam 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' c. I; de altero tractatu v. eandem et 'Studi ital.' V 303 sqq.; de praefationum singulari condicione cf. Smutny (Diss. Vindob. VI) p. 100 sqq., Rabbow p. 320 sqq.

Quod attinet ad ipsam Terentianarum fabularum memoriam, qualis exstat in commento nostro, rem esse incertissimam ex eis, quae de commenti origine exposuimus, facile quivis intelleget. Nam ut omittam scholiorum formam saepenumero ab excerptoribus esse mutatam, hoc vix credibile est etiam integra genuini commenti Donatei lemmata in Terentianorum codicum margines esse translata. Immo veri est simillimum singula scholia variis notis cum iis ad quae pertinebant poetae verbis coniuncta fuisse; deinde eum qui scholia descripsit, ut unum corpus efficeret, praefixisse ea comici verba, quibus eadem quae scholio nota adscripta erat. Hinc factum, ut haud raro falsa scholiis lemmata praeponerentur — quae additis † † significavi —; hinc porro factum, ut lemmata modo hanc modo hanc Terentiani textus recensionem sequerentur; hinc denique factum, ut interdum aliam in lemmate, aliam in ipso scholio Terenti memoriam inveniremus (cf. 'Studi ital.' III 335 sq.; 341 sq.; 358 sqq.). Quae si reputaverimus,

facile concedemus ex lemmatis de ea quam ipse Donatus secutus sit textus recensione nihil certi colligi posse, quippe quae nihil indicent nisi quae fuerit in iis, quibus olim scholia adscripta erant libris Terentianis textus condicio; quos libros intra IV et VI saeculum collocandos esse per se patet. Maiorem fidem habent ea, quae ex ipsis scholiis eliciuntur, quamquam ne hic quidem de Donatea origine satis constat; praeterea non neglegendum ex memoria scholiastam afferre potuisse poetae verba. Sed haec monuisse sufficiat, nam si ad singula nunc descendere vellem, vereor ne terminos huius praefationis longe excederem. Attamen pauca videntur esse addenda. In codicibus enim Donatei commenti saepius singulis scaenis personarum notae praepositae sunt, quae quin ex illis de quibus supra dictum est libris Terentianis derivatae sint, vix potest dubitari: quas integras referre e re visum est.

Andria
I 2 DAVVS SIMO *A*, SIMO *T*
3 DAVVS *ATC*
4 (Mysis? *A*)
5 MISIS *A*
II 1 CARIN9 BIRRIA PAMPHILVS *AT*
2 DAVVS CHARINVS PĀPhILVS *AT*
3 Pamphilus dauus *AT*
4 Simo dauus · PAMPHILVS *AT*
5 BYRRIA ET IDĒ · *A*, (tres *add.*) *T*
III 1 MISIS · DAVVS SIMO LESBIA *A*, (M-S-D-L-) *T*
2 lesbia simo · DAVVS *A*
3 SIMOON · REMIS *A*
4 DAVVS Simo *AT*
5 Pamphilus · Dauus · *AT*
IV 1 CHARINVS PAMPhILVS DAVVS *AT*
2 MISIS PAMPHILVS CHARINVS DAVVS *AT*
3 MISIS *A*
4 chremes MISIS · DAVVS *AT*
5 CRIGO MYSIS · DAVVS *A*, (crito) *T*
V 1 SIMO CHREMES *A*, Chremes Senex Simo Senex *T*
2 DAVVS · CHREMES SIMO DROMO *A*
3 PAMPhILVS · SIMO · CHREMES *A*
4 CRITO SIMO PĀPHILVS *A*
5 chARIN9 PAMPHILVS DAVVS *A*
6 DAVVS PĀPHILVS CHREMES *A*, dauus pan · cre · *B*, dauus panphilus carinus *T*

Eunuchus
I 1 Phaedria Parmeno *T*
2 Tais Pꝛoh: (!) PAR · *T*
(II 1—III 1 *nihil apud Sabbadinium adnotatum, sed quin exstent non dubium*)
III 2 Tais Traso gnato Parmeno Pythias *T*
3 Chremes Pithias *T*
4 Antipho *T*
5 Cherea Anthifo *T*

Eunuchus
IV 1 doris *T*
2 phedria *T*
3 Phitias dorias phedria *T*
4 phedria pithias *T*
5 Chremes pithias *T*
6 Tais pithias Cremes *T*
7 Traso Gnato Cremes Thais *T*
V 1 Tais Phitias *T*
2 Chaerea phitias Thais *T*
Adelphoe
I 1 MICIO SENEX *A*
Hecyra
I 1 philotis syrus parmeno *C*
IV 1 mirrina phidippus *B*
2 sostrata pamphilus *B*
V 1 bachis laches *B*
2 phidippus laches bachis *B*

Phormio
I 3 ANTIPHO PHEDRIA *R*
4 GETA ANTIPHO PHEDRAA *R*
II 1 DEMIPHO SENEX *R*
2 PHORMIO *R*
4 DEMIPHO *R*
III 1 ANTIPho *R*
2 PhEDRIA *R*
IV 1 DEMIPho chremes *R*
3 ANTIPho *R*
V 1 SOPRONIA *R*
3 DEMIPHO *R*
9 NASISTRATA *R*

E codice *V* neque a Wissowa neque a Sabbadinio quicquam enotatum est; cur deteriores libros neglexerim, non est quod demonstrem.

Deinde alia res commemoranda: interdum enim scaenarum distributio in codicibus commenti nostri differt ab ea, quam Terenti libri testantur. Novae scaenae initium apparet Andr. IV 3, 7; Eun. V 4, 21; Hec. III 1, 38; Phorm. III 3, 7; econtra nova scaena non indicata est Ad. V 5 (*sic V dett.*); Ad. V 8 (*sic C*); Ad. V 9; Hec. IV 3 (*sic C*); Phorm. III 3, 1; Phorm. IV 2; Phorm. V 7. Ad Phorm. III 3, 1 et 7 res ni fallor librario tribuenda est, qui a QVID FACIAM versus primi aberravit ad QVID FACIAM versus septimi. Cf. etiam Rabbow p. 335.

Iam cum ad finem pervenerim, restat ut gratias agam inprimis Georgio Wissowa, qui cum me in Donati commentum operam studiumque conferre comperisset, non modo quod olim ceperat novae editionis parandae consilium deposuit, verum etiam quas ipse confecerat collationes humanissime mihi concessit; eodem intercedente factum est, ut Schopeni et Reifferscheidii schedae amplissimae ab huius uxore comiter mihi traderentur. Deinde gratissimo profiteor animo, quantum debeam liberalitati

eorum, quorum curae commissae sunt bibliothecae Bernensis, Dresdensis, Florentinae et Laurentiana et Riccardiana, Gottingensis, Ienensis, Leidensis, Oxonienses et Bodleiana et Lincolniensis, Parisiensis. Nec possum reticere, quantam apud me gratiam inierint qui et re et consilio benigne me adiuverunt viri doctissimi H. Graeven, R. Hirzel, Ch. Hoeing, R. Kauer, I. Kurth, W. M. Lindsay, P. Rabbow, E. Rostagno, R. Sabbadini, Fr. Spiro, M. Warren. Quantum vero me obstrinxerint sibi viri humanissimi semperque erga me benevolentissimi Georgius Goetz et Fridericus Schoell, qui plagulas corrigendas susceperunt, saepissime dubitationes aut moverunt aut removerunt, permulta felici coniectura restituerunt, vix possum proloqui.

Scr. ad Bremae portum Kal. Febr.

P. W.

VITA TERENTI

A = cod. Paris. lat. 7920 s. XI (*correcturae, ubi nihil adnotatum, a man. 1*).
B = cod. Vatic. Regin. lat. 1595 s. XIIII (*inc.* Andria II 1, 21; *v. praef.*).

T = cod. Vatic. lat. 2905 s. XV (*v. praef.*).
C = cod. Oxon. Bodleian. Canon. lat. 95 s. XV (*inc.* Euanth. I 2).
F = cod. Florent. Marucell. C 224 s. XV.

V = cod. Vatic. Regin. lat. 1496 s. XV (*litterae inclinatae* = *man. 2 in rasura; v. praef.*).

D = cod. Dresd. Dc. 132 s. XV.
L = cod. Leid. Voss. lat. Q. 24 s. XV.
P = cod. Paris. lat. 7921 s. XV.
dett. = *D L P.*

M = cod. Cesen. Malatest. XXII. 11. V s. XV (*man. 4 Graeca suppl.*).

---

schol. Bemb. = scholia marginalia cod. Vatic. lat. 3226 Terenti.
„ *Vatic.* = „ „ „ Vatic. lat. 3868 „
„ *Victor.* = „ „ „ Laur. XXXVIII 24 „
„ *Paris.* = „ „ „ Paris. lat. 7899 „

---

ed. pr. = editio princeps Veneta s. a. (Vindelini Spirensis).
Calph. = „ Calphurnii Taruisiana 1477.
Steph. = „ Rob. Stephani Parisina 1536.
Lindenbr. = „ Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh. = „ A. H. Westerhovii Hagana 1726.
Klotz = „ R. Klotzii Lipsiensis 1838.

W. = Wessner.

* * * * *lacunam significat.*

1 Publius Terentius Afer Carthagine natus seruiuit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manu missus est. quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii ⟨et⟩ natus sit et mortuus: nec, si a Numidis uel Gaetulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisse nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coepto.

2 Hic cum multis nobilibus familiariter uixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur: quod et ipsum Fenestella arguit contendens utroque maiorem natu fuisse, quamuis et Nepos aequales omnes fuisse tradat et Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat

1 Publius] P. *V* | terrentius *T* | affer *A* | cartagine *AT*, Kartagine *F* | seruit *A* ‖ 2 terretio *T* | senatore *A*, senatori/// (i *ex* e *corr.*) *T* | ob genium *T* | non et formam *F* ‖ 3 et] etiam *V* | maturę *A* ‖ 4 est *om.* *T* | quidem *A*, quidam (a *in ras.*) *T* ‖ 5 in fine *TFV* ‖ 6 et initium tertii *hic om.* *V* | tercii *A*, t^{r}ecii *T* | et *add.* *Ritschl* | sit] est *ATF* ‖ 7 et ⟨initio tertii⟩ mortuus *V* | ne si *T*, ·n· *F* | animidis *A* | uel *Schoell*: et *codd.* | getulis *TF*, gentulis *V*, geturis *A* | sic *F* | ad—potuisse (adducere romanum potuisse peruenire *F*)] ad dominum Romanum peruenire potuisse *Gronov* (*Ritschl, Fleckeisen, Dziatzko*), adduci Romam ibique uenire potuisse *Schopen* (*Reiffersch.*), adductum Romam uenire potuisse *Mommsen* ‖ 8 commertio *T*, comertio *F* ‖ 9 italiquos *A*, italos *V* | cartaginem *AT*, Kartaginem *F* | cepto *codd.* ‖ 10 nobilibus *ex* nominibus *corr.* *A* ‖ 11 C.] cum *TFV* | lelio *TF* ‖ 12 concillatus *F* | et] ex *A* ‖ 13 maiorem natus *A*, natu maiorem *V* ‖ 14 et] ex *A*, et$^{cor.}$ (*sscr. m. 2*) *V* | equales *AT* | tradit *TFV* | et *om.* *F* | portius *AF*, p^{r}otius *T* ‖ 15 faciet *F*

'dum lasciuiam nobilium et laudes fucosas petit,
dum Africani uocem diuinam inhiat auidis auribus,
dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
dum [se amari ab his credit] in Albanum crebro rapitur ob florem aetatis suae:
suis postlatis rebus ad summam inopiam redactus est.
itaque ex conspectu omnium ⟨ubi⟩ abit Graeciae in terram ultimam,
mortuust Stymphali, Arcadiae ⟨in⟩ oppido. nil P⟨ublio⟩
Scipio ⟨tum⟩ profuit, nil Laelius, nil Furius,
tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime:
eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus.'

3 Scripsit comoedias sex, ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio recitare ad cenantem cum uenisset, dicitur initium quidem fabulae,

1 lasciuam *A*, lasciuias *T* | fucosas (fuscosas *V*) laudes *TFV* ‖ 2 uocem diuinam *Muretus*: uoce diuina *FV*, (-na///) *T*, uocē dum & *A* | inhiat] inh////////// (inhyat *suppl. m. rec.*) *T*, in huius & *A* | ///uidis (a *suppl. m. rec.*) auribus *T*, auribus auidis *V* ‖ 3 Philum *Roth*: fixum *A*, furium *TFV* | se *om. V* | centare *A*, coenitare *V* | lelium *AT*, Lelius *F* | putat pulchrum (pulcrum *T*) *TFV* ‖ 4 se — credit (credat *A*) *secl. Ritschl* | crebro in albanum (-nis *F*) rapit^{2} (rapi *TFV*) *codd.*, *corr. Ritschl* ‖ 5 ob] ad *FV* ‖ 6 suis postlatis *Ritschl*: post sublatis *A*, ipsus sublatis *TFV* ‖ 7 ex] e *TV*, *om. F* | ubi *add. Bergk* | abit] abiit *TFV* | Graeciae in terram *Bothe*: greciam in terram *codd.*; in Graeciam terram *Scaliger* (*Ritschl*) ‖ 9 mortuus est infalo *A*, mortuus est in phalo *TFV*, *corr. Bergk*; mortuos Stymphalist *Ritschl* | archadiae *codd.* | in *add. Roth* | opido *AT* | nichil *A*, nihil *TFV* | Publio *Ritschl*: P. *codd.* ‖ 10 tum *add. Dziatzko* | ⟨ei⟩ profuit *A*, profuit *in mg.* V^1, *om. TF* | nil] nihil illi *A*, nihil ei *TFV* | lelius *ATF* | nihil *codd.* | Furius tres] ſiminiſtroſ (Furius Tres *in mg. Daniel*) *A* ‖ 11 id *Wolf*: idem *codd.* | facillimę *A* ‖ 12 operam *TFV* | habuit] ſi abuit *A* | conducciciam *A*, conductuciam *T*, conductitiam *FV* ‖ 13 obitus *F* | seruulo *A* ‖ 14 comedias *ATF* ‖ 15 edilibus *F*, edibus *T* | Caecilio *Hieron.*: caerio *A*, cerio *TFV* | recitare — contemptiore] ore *A* | coenantem *V*, cenante *T*, (coen-) *F* ‖ 16 dicitur *Mommsen*: dictus est *V*, dictum est *TF* | initium *Calph.*: initio *TFV*

quod erat contemptiore uestitu, subsellio iuxta lectulum esidens legisse, post paucos uero uersus inuitatus ut accumberet cenasse una, dein cetera percucurrisse non sine magna Caecilii admiratione. et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probauit, quamuis Volcatius ⟨in⟩ dinumeratione omnium ita scribat

'sumetur Hecyra sexta, exilis fabula'.

Eunuchus quidem bis die acta est meruitque pretium, quantum nulla antea cuiusquam comoedia, id est octo milia nummorum. propterea summa quoque titulo ascribitur. ⟨* * * * *⟩ nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri.

4 Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione, eamque ipse auxit numquam nisi leuiter refutare conatus, ut in prologo Adelphorum (*15—21*)

'nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
hunc adiutare assidueque una scribere:
quod illi maledictum uehemens esse existimant,
eam laudem hic ducit maximam, quom illis placet,

1 contemptio *F* | lectum *V* ‖ 2 uersus ⟨*lac. 3—4 litt.*⟩ *A* | inuitatus] incitauit (u *supra* c) *A* ‖ 3 cęnasse *F*, coenasse *V* | deinde *TFV* | caetera *FV* | percurrisse *FV* ‖ 4 magna *om. F* | caerii *A*, cerii *TFV* | adminitione *T* ‖ 5 equaliter *AT* | uolcatius *V*, uulcatius *ATF* ‖ 6 in dinumeratione *Schopen* (*Ritschl*): denumeratione *A*, de enumeratione *TV*, de enunctiatione *F* | ita scribit *in mg. V* ‖ 7 sumeretur *T*, sumeret *F* | hęc ira *A*, hechirra *TF* | exilis *Bergk*: ex his *codd.* ‖ 8 die] deinceps *Ritschl* | precium *A* ‖ 9 quanta *T* | cuiusque *ATF* | comedia *ATF* | id est *del. Ritschl* ‖ 11 *lac. sign. Wolf* ‖ 12 prefert *A*, profert *V* | menandri (i *ex* o *corr.*) *A* ‖ 14 lelio *TF* | scipione (s *supra*) *A* | eamque *Schopen*: namque *A*, eandemque *TFV* ‖ 15 refutare] se tutare *TF*, se ditari (tu *supra*; *corr. m. 2*) *V*; refutare ⟨eam⟩ *Dziatzko* | conatur *TV* ‖ 17 ipsi *ATF* | maliuoli *TFV* ‖ 18 hunc] eum *Terenti codd. et Don. Ad. prol. 16* ‖ 19 uehe mens (h *ex* r *corr.*) *A* ‖ 20 hinc *F* ‖ duxit *F*, dux *T* | quom] quod *codd.* | placeat *TF*

qui uobis uniuersis et populo placent,
quorum opera in bello, in otio, in negotio
suo quisque tempore usus est sine superbia.’

uidetur autem leuius ⟨se⟩ defendisse, quia sciebat et Laelio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem, quae tum magis et usque ad posteriora tempora ualuit. C. Memmius in oratione pro se ait ‘P. Africanus, qui a Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in scaenam detulit.’ Nepos auctore certo comperisse se ait C. Laelium quondam in Puteolano kalendis Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petisse ab ea ne interpellaretur seroque tandem ingressum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi successisse, deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse uersus, qui sunt in Heautontimorumeno (*IV 4, 1*)

‘satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.’

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti po-

1 qui] quid *A*, quod (?) *F* | uobis *om.* *TF* ‖ 2 ocio *F* ‖ 3 quasque *A* | tempore usus est] usus est ṭẹmpọṛẹ *V*, usus est *ATF* ‖ 4 leuius se *Ritschl*: se leuius *in ras.* V^2, laelius autem *A*, lelius *TF* | solebat *F* | et Laelio et Scipioni *Fleckeisen*: ex laeliio ex scipionis *A*, et lelii et scipionis *TFV* ‖ 6 que *A* | tum *Ritschl*: tamen *codd.* | et *om.* *F* ‖ 7 C· memius *A*, Q Memius *T*, Q. Memmius *FV* | pro se ait] pro se *A* (*Schopen, Ritschl*) | qui a *V*, (*ex* quia *corr.*) *F*, quia *AT*; inquit a *Schopen* (*Ritschl*) ‖ 8 terrentio *T* | mutuans *F* | quę Aemulus erat ipse *A* ‖ 9 cenam *AT*, coenam *F*, scoenam *V* | ·C cerio *V* ‖ 10 C.] Q. *TF*, Q· (*corr. m. 2*) *V* | lelium *TF* | qdam (d *in ras.*) *T* | putetlano *A*, putelano *TF* | kalendis] kt *V*, Hijs *F* ‖ 11 martis *A* | temporius (o *ex* e *corr.*) *V* | ut] et *T* | discumbere *F* ‖ 12 petiisse *TFV* | interpellaret *A*, interpelleretur *F*, interpollaretur *V* | seroque] serius *TFV* | ingressus *TFV* ‖ 13 sepe////// (ad *eras.*) *T* ‖ 14 successisse (*ex corr.* V^2) sibi *TFV* | illi *F* | ⟨. . . .⟩ pronunctiasse *F* ‖ 15 ine autonti monumeno *A*, in eutontum̃ *T*, in eutontiam̃ *F*, in eautentumerumenos *V* ‖ 16 siri *TF* | huc (u *ex* ũ *corr.*) *T* ‖ 17 Santra *Erasmus*: satra *AFV*, sacra *T* | terentius *F*, terrentium *T* | exist (!) *T* | modo *in ras.* V^2 | auditoribus *F* ‖ 18 lelio *TF*

tuisse, qui tunc adulescentuli fuerint, quam C. Sulpicio Gallo, homine docto et quo consule Megalensibus ludis initium fabularum dandarum fecerit, uel Q. Fabio Labeone et M. Popillio, consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non iuuenes designare, qui se adiuuare dicantur, sed uiros, quorum operam et in bello et in otio et in negotio populus sit expertus.

5 Post editas ⟨sex⟩ comoedias, nondum quintum atque uicesimum egressus annum, animi causa et uitandae opinionis, qua uidebatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Graecorum instituta moresque, quos non perinde exprimeret in scriptis, egressus ⟨urbe⟩ est neque amplius rediit. de morte eius Volcatius sic tradit

'sed ut Afer populo sex dedit comoedias,
iter hinc in Asiam fecit. ⟨in⟩ nauem ut semel
conscendit, uisus numquam est: sic uita uacat.'

Q. Cosconius redeuntem e Graecia perisse in mari dicit

1 qui — fuere *sscr.* V^2 | adolescentuli *F V* | fuerint *Ritschl* || fuer̃ *A*, fuere *TFV* | C.] Q. *TV*, Q. quam *F* | sulpitio *ATV*: 2 hominẽ *T* | et quo consule Megalensibus *Ritschl*: et cuius (qui *V*) consularibus (-laminibus *F*) *codd.* || 3 Cecerit (!) *F* | uel] idem *F* | Q.] quinto *A* | labiene *A*, labione *TF* || 4 M.] ma. *F*, m/// *T* | Popillio *Muretus*: popillo *A*, põpilio *TF*, pompilio *V* | ac] et *V* | ideo] deo *A* || 5 designare *sscr.* V^2 | adiuuaret *TF* | dicantur *Ritschl*: dicuntur *AT*, dicunt *F*, dicerentur *in ras.* V^2 || 6 ocio *F* || 8 ęditas *F* | sex *add. Baehrens* | comedias *ATF* | nondum] non iam *F*, *lac. 6 litt. T*, *om. V* || 9 incesimum *A*, uigesimum *T*, trigesimus *F*, X̅X̅X̅ *V* | ingressus *Ritschl* | animi *om. TFV* | et uitandae] ⁊ (= et) uitandę *A*, euitandae *V*, -de *TF*; seu uitandae *Dziatzko* || 10 qua *Hareus*: qui *A*, quia *TFV* | aedere *F* | percipiendi *dett.*: percipienda *ATF*, ad percipienda *V* || 11 grecorum *AT* | institua *T* | non *om. TFV* || 12 urbe *add. Muretus*; *an* in Graeciam ⟨profectus⟩ est? | amilius *F* || 13 redite *A* | uulcatius *ATF* || 14 dedit comedias *TF*, comedias ded̄. *A* || 15 itẽ hinc in asiã faecit *A*, inte/// hinc in as////// fec̃ (inter *et* asiam *suppl. m. rec.*) *T* | ⟨in⟩ nauem ut *Schoell*: nauem (-im *TFV*) ut (cum *V*) *codd.*; ut nauem *Buecheler*, nauem autem ut *Ritschl* || 16 coscendit *F* | nusquam *V* || 17 Quintus *A* | c̄scontius *T*, is Contius *F*, cōssentius *V* | grecia *TF* | periisse *TFV* | mari] sinu Leucadiae *hic ins. Fleckeisen; cf. infra* | dicitur *F*, *om. A*

cum [C et VIII] fabulis conuersis a Menandro; ceteri mortuum esse in Arcadia Stymphali † siue Leucadiae † tradunt Cn. Cornelio Dolabella M. Fuluio Nobiliore consulibus morbo implicitum aut ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum, quas in naue praemiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat.

6 Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit, item hortulos XX iugerum uia Appia ad Martis [uillam]. quo magis miror Porcium scribere

'Scipio nil profuit, nil Laelius, nil Furius,
tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime:
eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus.'

7 Hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus (*Ribb. com.*[3] *fr. 2*)

'Terenti num similem dicetis quempiam?'

Volcatius autem non solum Naeuio et Plauto et Caecilio,

1 cũ · C · & VIII · *AV*, cum centum et octo *TF*; cum (C et VIII *del.*) *Ritschl*; *cf. Gell. XVII 4, 4* | a] e *V* | caeteri *AF* | 2 esse — Cornelio *om. F* | archadia *ATV* | ⟨in⟩ stymphali *V* | siue leucadie *A*, sinu leucadie *T*, (-diae) *V* ‖ 3 Cn.] · c · n · *A*, gn. *T* | dolobella *TF* | M.] in · *A*, et $\overset{Q}{\text{M}}$. (*sscr. m. 2*) *V* | nobilior *F* | cons̃ *V*, consunts *A* ‖ 4 implicitam *A* | aut ex *Schoell*: ac ex *A*, acri *rell.* | tedio *ATF* ‖ 5 sarcinarum] satirarum *T*, satyrarum *FV* | quas (*in* quos *corr. m. rec.*) *T* | nauem *A*, nauim *TV*, naui *F*, *corr. Ritschl* ‖ 7 corpore *om. F* ‖ 8 reliquid *AT* | que *F* | post *om. TFV* | Romano] r. *V* ‖ 9 ortulos *TFV* | uillam *secl. Schopen* ‖ 10 portium *ATF* ‖ 11 nil *1. et 2.*] nichil *A*, nihil *TF* | lelius *TFV*, ledius *A* | nil *V*, *om. ATF* ‖ 12 tres — facillime *del. Ritschl* | idem *codd.* | facilime *T* ‖ 13 operam *TFV* | ne"domum"quidem *V* | conductitiam *FV* ‖ 14 saltem — seruulus *del. Ritschl* | esse *F* | referet *A*, refert *F* | domini *om. F* ‖ 15 aframus *A* | praeferri *TFV* ‖ 16 compotalibus *T* ‖ 17 terentii *A*, terrentio *T*, terentio *V*, *om. F* | num *Buecheler*: non *A*, *in mg. V*[2], *om. TF* | dicetis *Buecheler*: dicens *codd.*; dicent *Ribbeck* | quepiam *A* ‖ 18 uulcatius *TF*, uulcanus *A* | neuio *codd.* | ex plauto ex *A* | cecilio *F*, celio *AT*

sed Licinio quoque et Atilio postponit (*cf. Gellius XV 24*). Cicero in Limone hactenus laudat

'tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conuersum expressumque Latina uoce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens.'

item C. Caesar

'tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
poneris, et merito, puri sermonis amator.
lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis,
comica ut aequato uirtus polleret honore
cum Graecis neue hac despectus parte iaceres!
unum hoc maceror ac doleo tibi deesse, Terenti.'

---

8 Haec Suetonius Tranquillus. nam duos Terentios poetas fuisse scribit Maecius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur.

9 Scipionis fabulas edidisse Terentium †Vallegius in actione ait

1 licinio] liuio *TFV* | actilio *TF*, accilio *V* ‖ 3 terrenti *T* ‖ 4 conuersus expressus quę *F* ‖ 5 in medium nobis] in dium *F*, medium *T*, in medium certe *V* | motibus *Barth*: uocibus *codd.* | effert *F* ‖ 6 qui^{d}dam *A*, quid quod *TFV* | loques *F* | ac *TFV* | omnia] õ *F* | dicens] miscens *Ritschl* ‖ 7 item *om. TFV* | G. *TF* | cesar *AT* ‖ 8 tu in summisso dinudiate *A*, non tam summisso (dimisso *T*, submisso *F*) dimidietate (dimed- *F*) *TFV*, *corr. Steph.* ‖ 9 ponderis (d *in* n *corr. ut uid. m. 1*) *A* ‖ 10 adiucta *T* ‖ 11 ut *om. T* | equato *AT* ‖ 12 grecis *T* | neue *Roth*: neque *codd.* | despectus *Calph.*: despecta ex (ẹx *V*) *codd.* | iacens *F* ‖ 13 maceroy.audoleo *A* | deesse *TV*, decesse *F*, derẽ *A* | terrenti *T* ‖ 14 hec *T* | terrenios poetas *T*, terentias poetas *A*, poetas terentios *F* ‖ 15 maetius *A*, metius *TFV* | flagellanus *AT*, flegellanus *V* ‖ 16 terrentius libo *T* | Terentius *2. om. T* ‖ 18 fabulas (s *m. 2*) *V*, fabulis *T* | aedidisse *F* | terentius *FV*, terrentius *T* | uallegius (le *del. m. rec. in A*) *codd.*; Volcacius *Buecheler* (*olim* Vagellius; *sic etiam Ribbeck et Schanz*) | in actione] natione *TFV*

'tuae, ⟨Terenti⟩, quae uocantur fabulae,
cuiae sunt? non has, iura qui populis dabat,
summo ⟨ille⟩ honore affectus fecit fabulas?'

10 Duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comico, Phormio et Hecyra, quattuor reliquae a Menandro. ex quibus magno successu et pretio stetit Eunuchus fabula, Hecyra saepe exclusa uix acta est.

1 tuae *Windischmann*: hae *AFV*, he *T* | Terenti *add. Fleckeisen* | quae *T* ‖ 2 cuię *A*, cuie *F*, cuiụe *V*, siue *T* | iura qui *Ritschl*: qui iura *codd.* | populis *Ritschl*: populis retentibus (u *et* retentibus *del., in mg.* terentius *adscr. Daniel*) *A*, populis recensentibus *TFV* ‖ 3 ille *add. Ritschl* ‖ 4 due *T* | translate *AT* | dicuntur] *** *F* | comico] caricio (*uel* -tio) *Vita Ambros.*; Carystio *Havet* ‖ 5 formio *T* | et hechirra *F*, et echirra *TV*, ekẏra *A* | relique *A* ‖ 6 successu magno *F* | precio *A* | euimcus *F* ‖ 7 haec ira *A*, hec echirra *T*, heç ẹchira *V*, haec hechirra *F* | sepe *A* | ata *A*

EVANTHIVS

DE FABVLA

EXCERPTA DE COMOEDIA

⟨EVANTHIVS DE FABVLA⟩

I 1 Initium tragoediae et comoediae a rebus diuinis est incohatum, quibus pro fructibus uota soluentes operabantur antiqui.

2 namque incensis iam altaribus et admoto hirco id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, tragoedia dicebatur: uel ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς, hoc est ab hirco hoste uinearum et a cantilena — cuius ipsius rei etiam apud Vergilium (*Geo. II 380 sq.*) plena fit mentio —, uel quod hirco donabatur eius carminis poeta, uel quod uter eius musti plenus sollemne praemium cantatoribus fuerat, uel quod ora sua faecibus perlinebant scaenici ante usum personarum ab Aeschylo repertum; faeces enim Graece dicuntur τρύγες. et his quidem causis tragoediae nomen inuentum est.

3 at uero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini *Νομίῳ* uel *Ἀγυιαίῳ*, id est pastorum uico-

1 Initium — 6 tragoedia *desunt in C* | tragredie *T* | comedię *A* || 2 est incoatum *A*, ex inchoatum *T* || 4 ammoto *V* | hyrco *A* || 6 uel ΑΠΟ · ΤΟΫ · ΤΡΑΓΟΫΚΑΙ · ΤΗϹ ΟΔΗϹ *A*, uel *ἀπὸ τοῦ τρασγοῦ V*, * * * * * * * * * *T*, uel * * * * * * * *F*, unde ⟨*ἀπὸ τοῦ τράγου* (*in mg. καὶ τῆς · δῆς*) nomen accepit⟩ (*suppl. m. 3*) *C* || 7 est *om. A* | eius *TFC* || 8 etiam rei *C*, rei est *F* | plenā *A* || 9 sit *TC* | hyrco *A*, ⟨ab⟩ hyrco *F* || 10 quod *om. F* | sollempne *A*, solenne *V* || 11 cantoribus *V* | perlinibant *V* || 12 signici *A*, senici *T* | escilo *A*, eschilo *rell.* | refertum *T* || 13 foeces *A*, feces (c *ex* r *m. 2*) *C* | dicuntur triges *AF*, dicuntur Iles *T*, iles dicuntur *V*, dicuntur *C* | et] ex? | his *om. C* || 14 ⟨de⟩ causis *Schopen* | est ⟨· g · * * * *⟩ *C* || 15 uera *A* | athenirasibus *A* || 16 apollinis *F* | nomio *ATCV*, nomine *F* | uel *Ἀγυιαίῳ Schopen*: uel ΑϜΥΑΘΩ *A*, *om. rell.* | id est *bis A* | uicorumue *Schopen*: uicinorum *A*, uicinorumue (-que *V*) *rell.*

rumue praesidi deo, instructis aris in honorem diuinae rei circum Atticae uicos uillas pagos et compita festiuum carmen sollemniter cantaretur, *ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* comoedia uocitata est, ut opinor, a pagis et cantilena composito nomine, uel *ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν*, quod est comessatum ire cantantes. quod appotis sollemni die uel amatorie lasciuientibus [choris comicis] non absurdum est.

4 itaque, ut rerum ita etiam temporum reperto ordine, tragoedia prior prolata esse cognoscitur. nam ut ab incultu ac feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem urbesque sunt conditae et uita mitior atque otiosa processit, ita res tragicae longe ante comicas inuentae.

5 quamuis igitur retro prisca uoluentibus reperiatur Thespis tragoediae primus inuentor et comoediae ueteris pater Eupolis cum Cratino Aristophaneque esse credatur, Homerus tamen, qui fere omnis poeticae largissimus fons est, etiam his carminibus exempla praebuit et uelut quan-

1 praesidi *om. A* | constructis *TFCV* | acris *F* | diuinē *A* ‖ 2 circum] ut cum *F* | actice *TFC*[1], (atticę *C*[2]) | uices *A* | contia *CF* (*corr. C*[2]), contra *T* | festiuium *A*, festum *rell.* ‖ 3 sollempniter *A*, so/// lēm(i)t[2] *C*, solenditur *T*, solenniter (soll- *F*) *FV* | cantaret *TFC*, cantarent *V* | ΑΠΑΤΩΝ · ΚΩΜΩΝ · ΚΑΙ · ΤΗϹΩΑΕ *A*, i · * * * * * * * * * *TFCV* ‖ 4 comoedia — 5 *ᾄδειν om. T CFV* | comedia *A* ‖ 5 composcit nomine *A* | utulΩ · ΤΟΫ; ΚΩΜΑζΕΙΝ · ΚΑΙΝΑΕΙΝ · *A* ‖ 6 comessatu (cōmessatū *T*) mire (inire *T*, mirce *F*) *codd.* | appotis *Leo*: a potis *TFV*, ap///otis *C*, a poetis *A* | sollempni *A*, solenni *V*, sollenni *F*, sollendi *T* ‖ 7 choris (coris *T*) comicis *secl. Leo* ‖ 10 prior] priorū *A*, *om. rell.*; primo *ed. pr.*, primum *Leo* | ab *om. A* | incultu at feris *C*, in cultua conferes *A* ‖ 11 prolatum est *A* ‖ 12 urbēque *T* | et *om. TFCV* | uita canitior *C* ‖ 13 tragicie *A* | anteq̃[2] *C* ‖ 15 retio *T* | uolentibus *A* ‖ 16 Tespis *TFC*, thephis *A* | tragoediae *post* inuentor *F* | comedię *A* ‖ 17 gratino *A*, Clatino (*corr. m. 2*) *C* | aristoſaneque *A*, Aristhophoneque *C*, aristophoneque *T* | esse *sscr. C* | credantur *V* ‖ 19 etiam] et *C* | his † (!) *V* | quadam (quedam *TFC*) suorum (suam *A*) operum (opererum *C*) lege (*om. T*) *codd., corr. Schopen*

dam suorum operum legem praescripsit: qui Iliadem ad instar tragoediae, Odyssiam ad imaginem comoediae fecisse monstratur. nam post illius tale tantumque documentum ab ingeniosissimis imitatoribus et digesta sunt in ordinem et diuisa cuncta, quae etiam tum temere scribebantur, adhuc impolita atque in ipsis rudimentis hautquaquam, ut postea facta sunt, decora atque leuia.

6 postquam demonstrandae originis causa de utriusque generis initio diximus, quod necesse est iam dicamus, adeo ut ea, quae proprie de tragoedia dicenda sunt, titulo propositi nunc operis instantes in alia tempora differamus et de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est.

II 1 Comoedia fere uetus ut ipsa quoque olim tragoedia simplex carmen, quemadmodum iam diximus, fuit, quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus nunc consistens nunc reuoluens gyros cum tibicine concinebat.

2 sed primo una persona est subducta cantatoribus, quae respondens alternis id est ⟨* * *⟩ choro locupletauit uariauitque rem musicam: tum altera, tum tertia, et ad postremum crescente numero per auctores diuersos personae, pallae, coturni, socci et ceteri ornatus atque insignia scae-

1 perscripsit *FCV* | ^{i}diadem *A*, yliadem *C* | ad *om. T FCV* ‖ 2 istar *F* | odissiam *ATFC*^{1}, odisseam *VC*^{2} | ad *sscr. C* | comedie *A* ‖ 3 monstrat *F* | cantumque *F*, tantum quod *T* | documentum *om. T* ‖ 4 ab ingeniosissimū et mitatoribus *T* ‖ 5 cuncta quae *Leo*; sunt ea quae *ATFC*, que *V* ‖ 6 radimentis *F* | haud *TFCV* | quamquam *TFC* ‖ 7 ac *V* | leuia *dett.*: lenia *ATFCV* ‖ 8 postquam — 9 dicamus *post* 12 imitatus est *in codd., transp. Leo* ‖ 9 dissimus (*sic et* 14) *T* ‖ 10 adeo ut] atque *V* | ea *om. T* | que/// *T*, *om. F* | propria *TC* | ^{de} titulo (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 11 propositi (*ex* praep- *corr. C*, praep- *F*) operisue instantis *TFCV* | in ^{alia} tempora (*sscr. m. 2*) *V*, in aliam horam *F* ‖ 12 deis (ei *in ras. m. rec.*) *T* | iam *om. F* ‖ 13 feruetus *A* | ut *om. F* ‖ 14 fuit *om. F* ‖ 15 firmantes *F* | spaciatur *A* | nunc consistens *om. TFCV* ‖ 16 giros *TFCV* ‖ 17 primę *F* | subducta est *TFCV* | cantoribus *AV* ‖ 18 id est ⟨ὑποκρινομένη⟩ *Schoell*; ἀμοιβαίως id est alternis *Schopen* | coro *T* | locuplectauit *C* | uariantque *A*, uariat utque *T* ‖ 20 auctores *V*, autores *C*, actores *A* ‖ 21 conturni *A* | ⟨i⟩ socchi *T*, *om. F* | scenicet *A*

nicorum reperta et ad hoc unicuique suus habitus: et ad ultimum, qui primarum partium, qui secundarum tertiarumque, ⟨qui⟩ quarti loci atque quinti actores essent, distributum et diuisa quinquepartito actu est tota fabula.

3 quae tamen in ipsis ortus sui uelut quibusdam incunabulis et uixdum incipiens ἀρχαία κωμῳδία et ἐπ' ὀνόματος dicta est: ἀρχαία idcirco, quia nobis pro nuper cognitis uetus est, ἐπ' ὀνόματος autem, quia inest in ea velut historica fides uerae narrationis et denominatio ciuium, de quibus libere describebatur.

4 etenim per priscos poetas non ut nunc ficta penitus argumenta, sed res gestae a ciuibus palam cum eorum saepe qui gesserant nomine decantabantur, idque ipsum suo tempore moribus multum profuit ciuitatis, cum unus quisque caueret culpam, ne spectaculo ceteris exstitisset et domestico probro. sed cum poetae licentius abuti stilo et passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame componeret lata lege siluerunt.

5 et hinc deinde aliud genus fabulae id est satyra

1 reperta *ed. pr.* (-te *dett.*): repetita *ATFCV* | et *om. F* || 2 qui *2. del. Leo* | secundarum *Leo*: secundarum partium (partium *V*, * * * * *F*) *codd.* || 3 qui *add. Reiff.* | atque] et *V* | quinti *Reiff.*: quintarum *codd.* (*Leo*) | auctores *A* | distributa *TFCV* || 4 diuersa *C* | quinquepartita *TFCV* | actu *Schopen*: actũ *A*, acta V^1FC^2, *del.* V^2, *om.* TC^1 | est *om. F* || 5 ⟨in⟩ quibusdam *C* | incunabilis *T*, cunabulis *A*, amabilis *F* || 6 uix dicem *C*, uix digne *V* | ⲀΡΧΜⲀ·ΚⲰΜⲰΙΔΙⲀ ЄΤ ЄΡΟΝΟΜⲀΤΟC· *A*, * * * * * * * * * * * *TFCV* || 7 archea *ACV*, archia *T*, archa *F* | idcirco (o *ex* a *corr.*) *A* | pernuper *TC*, parumper (*in mg.* uel per nuper *m. 2*) *V* || 8 uetus *Dziatzko*: uitiis (-ciis *T*) *codd.* | est *om. TFCV* | Єronomatoſ autem *A*, * * * * * * aut *TFCV* | in ea *C* | uelu *A* | istorica *A*, ystoria *T* || 9 ciuium] omnium *TFCV* | de *sscr.* C^1 || 11 per *V* | nunc ficta poenitus *A*, non penitus ficta *TFC*, penitus non ficta *V* || 13 id quod ipsa *TFCV* || 14 ciuitatibus (-tibus *V*) *codd.* || 15 cauerit culpa *TFC* | nec *F* || 17 ne quam *A* || 18 crimen *ATCV* | infamie *TV*, infamię *FC* | poneret *TFCV* || 19 siluer̄ *A* || 20 deinde *in mg. C* | satira *TC*

sumpsit exordium, quae a satyris, quos in iocis semper ac petulantiis deos scimus esse, uocitata est, etsi ⟨alii⟩ aliunde nomen praue putant habere. haec satyra igitur eiusmodi fuit, ut in ea quamuis duro et uelut agresti ioco de uitiis ciuium, tamen sine ullo proprii nominis titulo, carmen esset. quod idem genus comoediae multis offuit poetis, cum in suspicionem potentibus ciuium uenissent, illorum facta descripsisse in peius ac deformasse genus stilo carminis. quod primus Lucilius nouo conscripsit modo, ut poesin inde fecisset, id est unius carminis plurimos libros.

6 hoc igitur quod supra diximus malo coacti omittere satyram aliud genus carminis *νέαν κωμῳδίαν*, hoc est nouam comoediam, repperere poetae, quae argumento communi magis et generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret et minus amaritudinis spectatoribus et eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro.

7 ut igitur superiores illae suis quaeque celebrantur auctoribus, ita haec *νέα κωμῳδία* cum multorum ante ac

1 satiris *TC* | in iocis] in locis *CV*, in lotis *T*, in uocis (*in mg.* al. inlotos *Daniel*) *A* ‖ 2 ⟨agrestibus⟩ ac *V* | petulantes *codd., corr. Leo* | uocitata (*in mg.* uel initiata *m. 2*) *V* | et^si *C* | alii *post* putant *add. F* (*transp. W.*), *om. rell.* ‖ 3 habere *V*, *om. rell.* | hoc *F*, haec ⟨quae⟩ *V* | satira *TC* | igitur] dicitur *TFCV* ‖ 5 ioco] modo *TFCV* | nomine *TC* ‖ 6 esse *C* | item (*in mg.* ipsum *m. 2*) *V*, ita *F* | multus *A* ‖ 7 obfuit *TFCV* | in *om. F* | suspicationem *F* | ciuium] ciuibus *TFCV* (*Reiff.*) | uenisset *T* ‖ 8 rescripsisse *TCV*, scripsisse *F* | in/et *C*[1] | in — deformasse *om. F* ‖ 9 primo *TFCV* | Lucillius *TC*, Lutilius *F* ‖ 10 poesim *V*, poesi *T* ‖ 11 ammittere *F* ‖ 12 satiram *ATC* | ·nean·ΚΩΜΩΙΔΙΑΝ *A*, * * * * * * * *TFCV* | nouās comediās *C* ‖ 13 reperiere *TF*, reperiere *C*, reperirentur *A* ‖ 14 generale *F* | qui *A*, *sscr. V*[2], *om. TFC* ‖ 15 pertinet[2] *A* ‖ 16 et *om. T* | inultu *A* | dilectationis *F*, dilectionis *CV*, diltōīs *T* ‖ 17 sententius *A*, smis *T* ‖ 19 igitur] dicitur *TFCV* | illa *F* | celebrabantur *CV*, -bant *F* ‖ 20 ·neΑΝ·ΚΩΜΩΙΛΙΑ *A*, * * * * * * *FV*, *om. TC* | ante hac *codd., corr. Schopen*

postea, tum praecipue Menandri Terentique est. de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen uelut admonendi lectoris causa quod de arte comica in ueterum cartis retinetur exponere.

III 1 Comoedia uetus ab initio chorus fuit paulatimque personarum numero in quinque actus processit. ita paulatim uelut attrito atque extenuato choro ad nouam comoediam sic peruenit, ut in ea non modo non inducatur chorus, sed ne locus quidem ullus iam relinquatur choro. nam postquam otioso tempore fastidiosior spectator effectus est et tum, cum ad cantatores ab actoribus fabula transiebat, consurgere et abire coepit, res admonuit poetas, ut primo quidem choros tollerent locum eis relinquentes, ut Menander fecit hac de causa, non ut alii existimant alia. postremo ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt comici, unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est.

2 tum etiam Graeci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est deos argumentis narrandis machinatos, ceteri Latini ad

1 -que est *om.* *F* ‖ 2 tamen] mihi *TF* ‖ 3 quid *TCF* | in *om.* *TFCV* | ueteris *F* | chartis *F*, carnis *A* | retinentur *A*, etinētur *T*, rimentur *C*, timentur *F*, continetur *in ras.* *V*[2] ‖ 5 ⟨ut⟩ ab initio *FCV*, (albinito) *T* ‖ 6 personarum — paulatim *om.* *A* | quicunque *F* ‖ 7 atrito *A*, actrito *FC* | atque] ac *V*, *om.* *T* ‖ 8 non *2.* *om.* *TF* ‖ 9 iocus *A* | quidem *sscr.* *V*[2] | delinquatur *F* ‖ 11 est et *Leo*: et *A*, est *V*, esset *TFC*; *secl.* *Goetz* | tunc *TFCV* | cantores *A*, actores *TFCV* | actoribus (*sscr.* *m.* *2*) *V* ‖ 12 transibat *FC* | adire *TFCV* | coepit, res *Leo*: coepisset *ATCV* | coepisset — eis *om.* *F* | amonuit *C*, ammonuit *T* ‖ 13 coros *T* | tollerent *om.* *TCV* | eis *Steph.*: eius *codd.* ‖ 14 hęc *A* ‖ 15 aliam (alias *T*) postremo *TFC*, alii in p^r^oscaenio (r *sscr.*, ii *et* scae *in ras.* *m.* *2*) *V* | relinquerit *T*, relinquer̄ *A* ‖ 16 alios apud *C* | diromere *T* ‖ 18 tum *Steph.*: cum *codd.* | nostrorum (*praeced.* *lac.* *T*)] oratorum *Schoell* *coll.* *Heaut.* *prol.* *11*, *Hec* *prol.* *II* *1*; *an* eorum? ‖ 19 ΘЄΟΥϹⲀΝΟΜΗΧⲀΝΗϹ· *A*, * * * * * * * * * *TFCV*

instar Graecorum habent, Terentius non habet. ad hoc *προτατικὰ πρόσωπα*, id est personas extra argumentum accersitas, non facile ceteri habent, quibus Terentius saepe utitur, ut per harum inductiones facilius pateat argumentum.

3 ueteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius egerunt, iambici uersus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio uincuntur resolutione huius metri quantum potest comminuti ad imaginem prosae orationis.

4 tum personarum leges circa habitum, aetatem, officium, partes agendi nemo diligentius a Terentio custodiuit. quin etiam solus ausus est, cum in fictis argumentis fidem ueritatis assequeretur, etiam contra praescripta comica meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen et causa, cur bonae sint, et uoluptas per ipsum non defit.

5 haec cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quod et morem retinuit, ut comoediam scriberet, et temperauit affectum, ne in tragoediam transiliret. quod cum aliis rebus minime obtentum et a Plauto et ab Afranio et †appio et multis fere magnis comicis

2 protastica prosopa (prosapa *C*) *ATFC*, *προταστικὰς πρόσωπασ* (*m. 2?*) *V* ‖ 3 accerscitas *T* | non *om. F* | *cae*teri *V*, teneri *F*, exteri *T* | quibus *om. V* ‖ 4 indictiones *F* ‖ 6 ueterus *F* ‖ 7 eger̄ *A*, *om. TFC*¹ (*codd. Rufini*); usi sunt *sscr. C*², *in ras. V*² (usi *post* etsi *Rufini ed. pr.*) ‖ 8 tamen a Terentio *om. F* | inueniuntur *F* ‖ 9 cominuti *A* | optationis *F* ‖ 10 legis *T* | habitu *A* | offusae *F* ‖ 11 a *AT*, *om. FCV*; *cf. 'Arch. f. lat. Lex.' VII 125 sq.* ‖ 12 solus *sscr. C*², solius *F* | est ⟨solus⟩ *C* | cum] eum *C*, tum *F* | cum fidem (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 13 quam (etiam *sscr. m. 2*) *C* | praescriptura *A*, proscripta *TFC* ‖ 14 introproducere (pro *del. V*) *TFCV* ‖ 15 et causa (-am *A*) *post* ipsum *codd., transp. Leo* | cum (?) *T* | uoluptates *F* | desit *codd., corr. Schopen* ‖ 16 artificiosissime *V*, tificiosissima (!) *A* | cum *TFC* | illis *ATFC* ‖ 17 et] ịṇ (*in mg.* et *m. 2*) *C* | morem] meę est *F* ‖ 18 effectum (a *sscr. m. 2*) *C* ‖ 19 quod *DL* (*ed. pr.*), quam *A*, quia *TFCV* | minime] munirie *A* ‖ 20 ab *om. T* | Affranio *TFCV* | appio *AF*, (*in* actio *corr. m. 2*) *V*, Apio *TC*; a Pomponio *Dziatzko*. *fort.* et appio *del.* | magnus *A*

inuenimus. illud quoque inter Terentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimicam uilitatem.

6 adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur aut quod ab historicis requirendum sit, quod saepius Plautus facit et eo est obscurior multis locis.

7 adde quod argumenti ac stili ita attente memor est, ut nusquam non aut cauerit aut curauerit quae obesse potuerunt, quodque media primis atque postremis ita nexuit, ut nihil additum alteri, sed aptum ex se totum et uno corpore uideatur esse compositum.

8 illud quoque mirabile in eo, primo quod non ita miscet quattuor personas, ut obscura sit earum distinctio, et item quod nihil ad populum facit actorem uelut extra comoediam loqui, quod uitium Plauti frequentissimum.

9 illud etiam inter cetera eius laude dignum uidetur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis delegerit ad scribendum. nam excepta Hecyra, in qua unius Pamphili amor est, ceterae quinque binos adulescentes habent.

1 inueniemus *TFCV* | inter] in *TFC* | mirabiles *A* || 2 eo *sscr.* *C*[1] | temperamento (o *ex* u *corr.*) *A* | ut neque *om.* *A* || 3 extuā escant *A*, extumescant (u *ex* i *m. 2*) *V* | traicam *TF* | obiciantur *T* | ad inimicā *A*, ad mīmicam *V*, ad (*pro* a *corr.* *C*) mimicam (minicam *C*) ⟨id est hystrionicam inde mimus id est hystrio (*in mg.* *C*)⟩ *TFC* || 4 uilitatem *om.* *TFCV* || 5 astrusiam *F* | ⟨ab⟩ aut *A* | quod *om.* *A* || 6 ^{h}istoricis *A* || 7 lotis *A* || 9 ut cuiusquam *F* | non aut cauerit] cauerit *TFC*, ^{claudi}cauerit (*sscr. m. 2*) *V* | *erra*uerit *V* | quae] quo/// *F* || 10 quodque] tum quod *TFCV* || 11 noxuit *A* | aditum *A*, ^{d}aditum *C* | ⟨et⟩ ex *codd.*, *corr.* *Steph.* || 13 quot *T* || 14 personas quatuor *TFCV* | obscuri *T* || 15 auctorem *A* | extra comoediam *Schopen*: ex tragoedia (-diae *F*, -die *CT*) *codd.* || 16 frequentissimum ⟨est⟩ *V* || 17 digna *ATCV* || 18 ex] et *TC* | delegeris *F* || 19 ad] id *T* | exchyra *A*, echira *V*, echirra *TFC* | unius] scribit *TFCV* || 20 panpili *T*, pamphilij (j *del. ut uid.*) *C* | amor est] amorem *TFCV* | adhulescentes *A*, adulescentulos *TFC*

IV 1 Illud uero tenendum est, post *νέαν κωμῳδίαν* Latinos multa fabularum genera protulisse, ut togatas ab scaenicis atque argumentis Latinis, praetextatas a dignitate personarum tragicarum ex Latina historia, Atellanas a ciuitate Campaniae, ubi actitatae sunt primae, Rinthonicas ab auctoris nomine, tabernarias ab humilitate argumenti ac stili, mimos ab diuturna imitatione uilium rerum ac leuium personarum.

2 inter tragoediam autem et comoediam cum multa tum inprimis hoc distat, quod in comoedia mediocres fortunae hominum, parui impetus periculorum laetique sunt exitus actionum, at in tragoedia omnia contra, ingentes personae, magni timores, exitus funesti habentur; et illic prima turbulenta, tranquilla ultima, in tragoedia contrario ordine res aguntur; tum quod in tragoedia fugienda uita, in comoedia capessenda exprimitur; postremo quod omnis comoedia de fictis est argumentis, tragoedia saepe de historia fide petitur.

3 Latinae fabulae primo a Liuio Andronico scriptae sunt, adeo cuncta re etiam tum recenti, ut idem poeta et actor suarum fabularum fuisset.

1 neanco$\overset{o}{m}$e ΔΙΑΝ · *A*, ne etomo *** *V*, ne aetomo (-nio *F*) *** *FC*, (*sine lac.*) *T* ‖ 2 ⟨et⟩ ut *TFCV* | togatas (-as *ex* -os *m. 2*) *V* | ab· *C*, a *V* ‖ 3 a dignitatẽ *A*, ad dignitatem *TFCV* ‖ 4 traicarum *TC*, tragediarum *F* | ex] et *TCV* | attellanas (act- *C*) *ATFC*, attelanas *V* ‖ 5 primae *Schopen*: plurimae (-me *AC*) *codd.* | pinthorijcas (rij *ex* riſ *corr.*, *in mg.* rynthonicas *m. 2*) *C*, rithonicas *F*, inthoricas *T* ‖ 6 actoris *codd.*, *corr. Voss* ‖ 7 actili *A*, et stili *C* | minimos *A*, minos *T* | ab] a *F* | diuturna *AV*, diurna *TFC*; *fort.* iucunda ‖ 9 ⟨hoc interest (interest *F*)⟩ cum *VF*, ⟨hoc est⟩ cum *TC* | tum] tamen *TFCV* ‖ 11 imp& (!) *A* | periculorum *Dziatzko*: pericula *ATV*, periculam *F*, periclam *C* ‖ 12 ac *T* | contraria *T*, *om. F* | Lugentes *V* ‖ 13 funesti exitus *V* ‖ 14 tranquillia *F* | contraria *A* | arguntur *A* ‖ 15 uitia *F*, uitia *V*, uicia *TC* | capescenda *AC* ‖ 17 tragoelia *A* | hosto^{ca} *C* ‖ 18 Liuico *C* | androuico *A*, andromico *TFC* ‖ 19 adeo] ad *TFCV* | cuncta re *Schopen*: cunctas res *TFCV*, ut ad has res *A* | recenti ut *Schopen*: recentius (re$\overset{c}{g}$- *T*) *TFCV*, recentes *A* ‖ 20 fabularum suarum *TFCV*

4 Comoediae autem motoriae sunt aut statariae aut mixtae. motoriae turbulentae, statariae quietiores, mixtae ex utroque actu consistentes.

5 comoedia per quattuor partes diuiditur: prologum, protasin, epitasin, catastrophen. est prologus uelut praefatio quaedam fabulae, in quo solo licet praeter argumentum aliquid ad populum uel ex poetae uel ex ipsius fabulae uel actoris commodo loqui; protasis primus actus initiumque est dramatis; epitasis incrementum processusque turbarum ac totius, ut ita dixerim, nodus erroris; catastrophe conuersio rerum ad iucundos exitus patefacta cunctis cognitione gestorum.

DE COMOEDIA.

V 1 Comoedia est fabula diuersa instituta continens affectuum ciuilium ac priuatorum, quibus discitur, quid sit in uita utile, quid contra euitandum. hanc Graeci sic definiuerunt 'κωμῳδία ἐστὶν ⟨ἰδιωτικῶν πραγμάτων⟩ περιοχὴ ἀκίνδυνος'.

comoediam esse Cicero ait imitationem uitae, speculum consuetudinis, imaginem ueritatis.

1 stratarię *A* ‖ 2 quiexiores *A* | mistae *F* ‖ 3 utruque *A* ‖ 5 prothasim epithasim *V* | katastrophem *V*, trophen(!) *A*, /// carthastrophem *T*, et catastrophen (ca *in mg. C*) *FC* | profatio quaedam *F*, quaedam praefatio *C* ‖ 7 aliquod *T* | poeta *A* ‖ 8 fabula *A* | prothasis *AV* ‖ 9 initium quod (quod̄ *F*) *TCF* | est *om. TFCV* | drammatis *F*, dra^g^matis (*sscr. m. 2*) *V*, dramatis ⟨id est compositionis argumenti⟩ *T* | epithasis *FV* | procesusque *A* ‖ 10 turbarūṭ *C* | ac] a *F* | diçạxerim *C*, disserim *T* | modus *codd., corr. Pithoeus* ‖ 11 ca^ta^strophe *C* | iocundos *TCV*, iundos *A*, iucundum *F* ‖ 13 DECOMOEDIA· *A*, *om. TFCV* ‖ 14 constituta *TFCV* ‖ 15 affectum *TFC* | quibus] quia *V* | di^s^citur *A* ‖ 16 in — quid] ∧ *C* | euitandum contra *C* ‖ 17 diffiniuer̄ *A*, diffiniere *FV*, diffinire *TC* | comodia est in ΠΗΡΙΟΧΗΔ ΚΙΝΔΙΝΟϹ *A*, comedia (-oedia *V*) est ****** *TFCV*; *suppl. ex Diom. 488, 4* ‖ 19 comędia *TC* | est cicero *T*, cicero esse *C* | inmitationem *T* | spectaculum (cta *del. V*) *TFCV* ‖ 20 imaginem *in mg. V²*, *om. ATFCV¹* | ueritatis — 23, 1 uicis *om. F* | uiritatis *T*, ẹṭ ueritatis *V*

2 comoediae autem more antiquo dictae, quia in uicis huiusmodi carmina initio agebantur apud Graecos — ut in Italia compitaliciis ludicris —, *admixto pronuntiationis modulo, quo, dum actus commutantur, populus attinebatur,* *ἀπὸ τῆς κώμης*, hoc est ab actu uitae hominum, qui in uicis habitant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regiis, ut sunt personae tragicae.

3 *comoedia autem, quia poema sub imitatione uitae atque morum similitudine compositum est, in gestu et pronuntiatione consistit.*

4 *comoediam apud Graecos dubium est quis primus inuenerit, apud Romanos certum: et comoediam et tragoediam et togatam primus Liuius Andronicus repperit.*

5 *aitque esse comoediam cotidianae uitae speculum, nec iniuria. nam ut intenti speculo ueritatis liniamenta facile per imaginem colligimus, ita lectione comoediae imitationem uitae consuetudinisque non aegerrime animaduertimus.*

6 huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus moribusque prouenit. Athenienses namque Atticam custodientes elegantiam cum uellent male uiuentes notare, in

1 amore *A* ‖ 3 ytalia *C* | compitalicis *ATCF*, compitalitiis *V* ‖ 4 modolo *TC*, mod$\overset{u}{\text{o}}$lo *F* | comutantur *A* | $\overset{\text{de}}{\text{atti}}$nebatur (*corr. m. 2*) *V* ‖ 5 ΑΠΩ ΤΗϹ ΚΩΜΗϹ· *A*, ait ****** *TFC*, ******* *V* ‖ 6 habitent *A*, habitabant *V* | in] ibi *T* | aulis *in ras.* V^2 ‖ 7 traice *TC* ‖ 8 autem] uero *TFCV* | qui *A* | poema *post* imitatione *F* | imitationē *A* ‖ 9 adque *A* | morum *om. TFCV* | similitudinē *AC* | est *om. TFCV* | gesti *A* ‖ 11 est *sscr.* V^2 ‖ 12 $\overset{\text{Latinos}}{\text{romanos}}$ (*corr. m. 2*) *V* | et *1.*] est *TFCV* ‖ 13 trogatam *A* | prim$\overset{o}{\text{u}}$s (*corr. m. 2*) *V* | liuium andronicum (m *bis ex* s *corr. m. 2*) *V* | andromicus *TFC* | reperit *TC*, reperisse (*ex* -rit *corr. m. 2*) *V* ‖ 14 atque *T*, ⟨qui (*in mg. m. 2*)⟩ aitque *V*; aitque ⟨Cicero⟩ *Scheidemantel* | quotidianae *TV* ‖ 16 pro *F* | collegimus *T* ‖ 17 -que *om. F* ‖ 19 extis *T* | ciuilitatibus *F* ‖ 20 peruenit *TFC*, *pro*uenit *V* | Attenienses *C*, atheniens (!) *A* | acticam *C*, acthicam *F*, aticam *T* | custodientibus *F*

uicos et compita ex omnibus locis laeti alacresque ueniebant ibique cum nominibus singulorum uitia publicabant, unde nomen compositum, ut comoedia uocaretur.

7 haec autem carmina in pratis mollibus primum agebantur. nec deerant praemia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia; sed et actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo uocis flexu ad dulcedinem commendationis uterentur: caper namque pro dono his dabatur, quia animal uitibus noxium habebatur. a quo etiam tragoediae nomen exortum est. nonnulli autem ex amurca, olei faece, quae est humor aquatilis, tragoediam ⟨quasi trygodiam⟩ dici uocarique maluerunt.

8 qui lusus cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi comoediarum tragoediarumque scriptores huius dei uelut praesens numen colere uenerarique coeperunt. cuius rei probabilis ratio exstitit. ita enim carmina incohata proferebantur, ut per ea laudes eius et facta gloriosa celebrari proferrique constaret.

9 tum paulatim fama huius artis increbruit. Thespis autem primus haec scripta in omnium notitiam protulit,

1 ex (*ex* et *corr. m. 2*) *V*, et *C* | lęt$\overset{i}{a}$e (*sscr. m. rec.*) *F* ‖ 2 singula *TFC* ‖ 4 primum *sscr.* C^{1} ‖ 5 ne^{c} (*sscr. m. 2*) *F* | prouocarentur doctorum *TFC*, $^{\text{″pro}}$uocarentur ″doctorum *V* ‖ 6 sed *sscr.* C^{1} ‖ 7 iocundo *TCV* | fletu *TFC* ‖ 8 ″caper ′nam (*corr. m. 1?*) *A* | is *T* ‖ 9 dabitur *A* | noxium uitibus *V* ‖ 10 tragoediae — 14 etiam *om.* *A* | exortum] et (*del.* C^{2}) ortum *TC*, ortum *V* | ex] et *TC* ‖ 11 aley *T* | faece — maluerunt] luerunt *F* ‖ 12 quasi trygodiam *add. W.*; *cf. Porph. ad Hor. a. p. 277* ‖ 13 qui *in ras.* V^{2} | lusus *D*, ludus *TCV*, luctus *F* | artificis *T* ‖ 14 ageretur *CV* | tragoediarum comoediarumque *F*, comoediarum tragoediarum *AT*, com- ⟨et⟩ trag- *V* ‖ 15 diei *AFC*, diey *T*, diẹi *V* | nomen *TFC*, (*in* numen *corr. m. 2*) *V* ‖ 16 cepere *TF*, ceper̄ *C* | cui *TFC* | existit *V* | $\overset{\text{enim}}{\text{itaquẹ}}$ (*corr. m. 2*) *V*, itaque *TFC* ‖ 17 eius] tuas *F* | ⟨sed⟩ et *TFC*, (sed *del.*) *V* ‖ 18 praeferrique *A*, proferri *F* | staret *TFC* ‖ 19 dum *TFC* | Tespis *VF*, Tesbis *T*, (b *ex* t *corr.*) *C* ‖ 20 haec scripta primus *F* | pertulit *A*

postea Aeschylus secutus prioris exemplum †publicauit. de quibus ita Horatius in arte poetica loquitur

'ignotum tragicae genus inuenisse Camenae
dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus et modicis instrauit pulpita tignis
et docuit magnumque loqui nitique coturno.
successit uetus his comoedia non sine multa
laude: sed in uitium libertas excidit et uim
dignam lege regi. lex est accepta chorusque
turpiter obticuit sublato iure nocendi.
nil intemptatum nostri liquere poetae:
nec minimum meruere decus uestigia Graeca
ausi deserere et celebrare domestica facta,
uel qui praetextas uel qui docuere togatas.'

VI 1 Fabula generale nomen est: eius duae primae partes, tragoedia et comoedia. ⟨tragoedia⟩, si Latina argumentatio sit, praetexta dicitur. comoedia autem multas species habet: aut enim palliata est aut togata aut tabernaria aut Atellana aut mimus aut Rinthonica aut planipedia.

1 eschilus *TCV*, eschillus *F*, echilus *A* | secutus *TCV*, sequutus *F*, sequitur *A* | prioris *om.* *TFC* | publicauit (*ex* -carat *corr.* C^2)] pulpita ditauit *Schoell*, scaenam pulpitauit *Havet*, locupletauit *Leo* ‖ 2 loquitur *om.* *V* ‖ 3 traghice *C*, traice *T* | camẽ *T* ‖ 4 et] ex *TFC* | plauses *F* | uertisse (-issime *F*) *TFC*, exisse *A* | tespis *TFCV*, thespis *A* ‖ 5 qui *TF* | fecib; (*ex* fecili *corr.*) *A* ‖ 7 heschilus *A*, eschilus *CV*, exchilus *T*, eschillius *F* | et immodicis (*corr. m. 2*) *V*) | palpita *TC* | tignis (ti *ex* si *corr.*) *C* ‖ 8 nitituque *FC*, nititur *T*, nitiq; quia *A* ‖ 9 non — 16 togatas] etc. *V* ‖ 10 et uim] exiũ *A*, et iñ *TFC* ‖ 11 chorisque *CF*, corisque *T* ‖ 12 loquendi *ATF* ‖ 13 nihil *F* | intp̃tatũ *A* ‖ 16 quę — quę *TFC* ‖ 17 est *om.* *TFC* | partes primae *T* ‖ 18 partes ⟨sunt⟩ *V* | traguedia *A* | tragoedia *add.* *Franck* ‖ 19 sit] sic *F* | praetextata (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 20 tarbernaria *C* ‖ 21 attellana *AFV* | rinthorica *A*, Rinthonita *C*, rintonica *F*, sinthorica *T*, rhintonica *V* | planipedica (*sic et* 26, 1) *F*

2 planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius ac uilitatem actorum, qui non coturno aut socco nituntur in scaena aut pulpito sed plano pede, uel ideo quod non ea negotia continet, quae personarum in turribus aut in cenaculis habitantium sunt, sed in plano atque in humili loco.

3 Personati primi egisse dicuntur comoediam Cincius Faliscus, tragoediam Minucius Prothymus.

4 Omnium autem comoediarum inscripta ex quattuor rebus omnino sumuntur: nomine, loco, facto, euentu. nomine, ut Phormio [Hecyra] Curculio Epidicus; loco, ut Andria Leucadia Brundisina; facto, ut Eunuchus Asinaria Captiui; euentu, ⟨ut⟩ Commorientes Crimen Heautontimorumenos.

5 Comoediarum formae sunt tres: palliatae Graecum habitum referentes, togatae iuxta formam personarum habitum togarum desiderantes, quas nonnulli tabernarias uocant, Atellanae salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi uetustatum elegantias.

1 autem *sscr.* *C* | ob nobilitatem *TFCV* | argumenta *T*, ⟨ob⟩ argumenti *F* ‖ 2 eius] ** *F* | utilitatem *CV* ‖ 3 utuntur *FC*, (*ex* nit- *corr.* *m. 2*) *V* | aut — 5 cenaculis] culis *A* | plane *FC* ‖ 4 quod] que *F* | continent *TFC* ‖ 5 senaclis *T* | habitantium *in ras.* (*ex* habitaculis ?) *A* | sunt *om.* *A* | in *3.* *om.* *V* ‖ 7 personatim *ATF* | egesse *A* | cincius (cineius *C*, aneius *T*, cyneius *V*) et faliscus (falicius *A*, falascus *F*) *codd.*, *corr.* *Wolff* ‖ 8 minutius *TCV*, mimitius *F* | et prothimus (protinthus *T*, prothintus *FC*, protimius *V*) *codd.*, *corr.* *Wolff* ‖ 9 scripta *codd.*, *corr.* *Schopen* ‖ 11 formio *A* | haec ira *A*, echira *V*, echirra *F*, ^{h}Echīra *C*, hechirra *T*; *secl.* *Schopen* | gurgulio *ATV*, Curgulio *C*, curcuilio *F* ‖ 12 Leuchadia *FC* | brundiafinia *A*, brundisinia *TFC*, brundusina (*sscr.* *m. 2*) *C*, brundusia *V* | eiamichias *F* ‖ 13 ut *add.* *Schopen* | heautontumorumenos *A*, eutontumerumenos *C*, (eaut-) *V*, -non *T*, ****** *F* ‖ 16 habentes habitum (-tus *F*) *TFCV* | ⟨ut (*del.* *V*, *ex* et *corr.* *C*)⟩ habitum *TCV* ‖ 17 togatarum *V* | quas — 18 uocant *post* 16 referentes *codd.*, *transp.* *Reuuens* ‖ 18 attellanae *codd.* | saltibus *ATC*, salcibus *F* ‖ 19 habe *A* | elegantiam *V*

VII 1 Comoedia autem diuiditur in quattuor partes: prologum, πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφήν.

2 prologus est prima dictio, a Graecis dicta πρῶτος λόγος uel antecedens ueram fabulae compositionem elocutio, ⟨ὁ πρὸ τοῦ δράματος λόγος⟩. eius species sunt quattuor:

συστατικός commendatiuus, quo poeta uel fabula commendatur;

ἐπιτιμητικός relatiuus, quo aut aduersario maledictum aut populo gratiae referuntur;

δραματικός argumentatiuus, exponens fabulae argumentum;

μικτός mixtus, omnia haec in se continens.

3 *inter prologum et prologium quidam hoc interesse uoluerunt, quod prologus est, ubi aut poeta excusatur aut fabula commendatur, prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur.*

4 πρότασις est primus actus fabulae, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi exspectationem tenendam; ἐπίτασις inuolutio argumenti, cuius elegantia

1 duas partes quatuor *F* ‖ 2 prologam *A*, ⟨in⟩ prologum *TFCV* | protasin *ATC*, prothasim *V*, procasin *F* | epitasin *ATC*, epithasim *V*, ephitasin *F* | Kacaſtroſen *A*, catastrophen *TFCV* ‖ 3 dictio prima *TFCV* | ΠΡΩΤΟCΛΟΓΟC· *A*, πρῶτοσ λόγοσ *V*, ****** *TFC* ‖ 4 uel — λόγος *om.* *A* | uel *Rabbow*: ut *TFC*, *om.* *V* ‖ 5 ὁ — λόγος *Rabbow*: ***** *FC*, *om.* *TV* | quatuor sunt *TFCV* ‖ 6 CΫΝΤΑΤΙRΟC· *A*, Cynτακος *V*, Cintakon *C*, Cintase *T*, **** *F* | commendatius *ATFC*, commendatitius *V* | qua *TFC*, quạ (o superscr.) (*corr. m. 2*) *V* ‖ 8 ЄΠΙΤΙΝΗΤΙΚΟC· Relatus *A*, et **** sic (sit *T*, sic re *F*) latus *TFC*, relatus **** *V* | quo ⟨ut⟩ *F* ‖ 9 ″populo ″gracie *V* ‖ 10 ΔΡΑΜΑΤΙRΟC· *A*, ***** *TFCV* | argumentatius *TFC* | argumenta *TFCV* ‖ 12 ΜΙRΤΟC· *A*, **** *TFCV* | ōrā *C* | haec — continens *om.* *T* ‖ 13 inter] itē *A* | et probolum *T* | quidem hoc *T*, hoc quidam *V* ‖ 14 soluerunt *A* | prologum *C* ‖ 16 diducitur *AC*, deducitur *FV*, diducer̄ *T*; *corr.* *Steph.* ‖ 17 ΠΡΟΤΑCΙC· *A*, protasis *TC*, prothasis *FV* ‖ 18 recicetur *A*, recitatur *TFC*, re*tice*tur *V* ‖ 19 ЄΠΙΤΑCΙC· *A*, epithasis *FV*, **** *CT*[1] (epitasis *T*[2]) | ẹuolutio (in superscr.) *C* | cuius] qua eius *Leo*

conectitur; *καταστροφή* explicatio fabulae, per quam euentus eius approbatur.

VIII 1 In plerisque fabulis priora ponebantur ipsarum nomina quam poetarum, in nonnullis poetarum quam fabularum, cuius moris diuersitatem antiquitas probat. nam cum primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronuntiabantur, antequam poetae pronuntiaretur, ne aliqua inuidia ab scribendo deterreri posset. cum autem per editionem multarum poetae iam esset auctoritas adquisita, rursus priora nomina poetarum proferebantur, ut per ipsorum uocabula fabulis attentio adquireretur.

2 actas diuersis ludis manifestum est inscribi. nam sunt ludorum species quattuor, quos aediles curules munere publico curant: Megalenses, magnis dis consecrati, quos Graeci *μεγάλους* appellant; funebres, ad attinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur; plebei, qui pro salute plebis eduntur; Apollinares, Apollini consecrati.

3 *In scaena duae arae poni solebant: dextera Liberi, sinistra eius dei, cui ludi fiebant. unde Terentius in Andria (IV 3, 11) ait 'ex ara sume hinc uerbenas tibi'.*

1 Καταſτroſę *A*, catastrophe *TFCV* ‖ 2 approperatur *Schopen* ‖ 3 im *A* | apponebantur *C* ‖ 4 nomina ⟨fabularum⟩ *V* ‖ 5 modis *AT* | diuersitante *F* ‖ 6 ipsa (ipsorum *T*) nomina *AT*, ipsarum nomina *in mg. V²* ‖ 7 poete *A*, fabula *TFC*, poetae *in ras. V²* ‖ 8 ab] a *TFCV* | deterrendi *F* | posset *om. F* | editionẽm *A*, edictionem *FC* ‖ 9 multarum (a *ex* o *corr.*) *C* | acquisita *TFCV* ‖ 10 ″nomina ″poetarum *V* | proferebatur *T* ‖ 11 uocabulis *TFC* | fabulis *sscr. V²*, *om. TFC* | attentio (io *ex* a *corr.*) *A* | acquireretur *FV* ‖ 12 actus *C* | diuersos *FC*, (*in* -sis *corr. m. 2*) *V* | inscribis *A* ‖ 13 quos] quod *A* | ediles *ATFC* | cui ules ///numere *A* ‖ 14 diis *FCV* ‖ 15 *μεγάλους Leo* (*μεγάλους σιοὺς Muretus, μεγαλησιακοὺς Schoell; an μεγάλους θεούς?*): ΜЄΠΟΥϹΙΟΥϹ *A*, * * * * * *FCV*, *om. T* | ad actenendum (att- *T*) *TFC*, ad detinendum *V* ‖ 16 funeri (i *ex* a *corr.*) *C* ‖ 17 patritii (patricis *F*) uiri *FC*, patri iuri *A* | plebei — 18 consecrati *om. TFC*, *in mg. adscr. V²* ‖ 18 luduntur *V²* | appollinares *A* | consecreti *A* ‖ 19 cena *T* ‖ 20 diei *A* | cuius *TFCV* ‖ 21 ara] ami *A* | hinc sume *TFCV* | uerbenas *om. A* | tibi] ubi *codd.*

4 *Ulixen pilleatum semper inducunt, siue quod aliquando insaniam simulauit, quo tempore tectum se esse uoluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusque plurimum sociis profuit; huius enim uirtus erat animi semper decipientis ingenium. nonnulli Ithacae incolas sicut Locros pilleatos fuisse commemorant.*

5 *Achillis et Neoptolomi personae diademata habent, quamuis numquam regalia sceptra tenuerunt. cuius argumenti probatio talis inducitur, quod numquam cum reliqua Graeciae iuuentute ad gerenda cum Troianis bella sacramenta coniurationis inierunt nec umquam sub Agamemnonis imperio fuerunt.*

6 *comicis senibus candidus uestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur, adulescentibus discolor attribuitur. serui comici amictu exiguo teguntur paupertatis antiquae gratia uel quo expeditiores agant. parasiti cum intortis palliis ueniunt. laeto uestitus candidus, aerumnoso obsoletus, purpureus diuiti, pauperi phoenicius datur. militi chlamys purpurea, puellae habitus peregrinus inducitur.*

1 ulixeșn *C*, ulixem *F*, ulyssem *V* | semper palliatum *TFCV* ‖ 3 cogeretur] cogeret ut (ne *C*) *TFC* | prodire *om.* *F* ‖ 4 quam *F*, quo *T* | socius *T*, sotius *C*, secus *A* ‖ 5 uirtus *Muretus*: uirtutis *codd.*; *probat Schoell* | animi *ATC*, animum animi *V*, cum *F*; ac nimis *Schoell* ‖ 6 non nullos *T*, (*ex* non illos *corr.*) *C*, -as *F* | itace *TFC*, itache *in ras.* *A*, ytache *V* | pilleatus *A*, palliatos *TFCV* ‖ 8 arcilis *T* | et *Dziatzko*: sed *F*, sed et *C*, sed sed *T*, si *A*, siue *in ras.* *V*[2] | persona *ATF*, (a *ex* e *corr.*) *C* ‖ 9 screptra *C*, septia *A* | tenuer̄ *AC*, tenuere *TF* ‖ 10 induere *T* | eum *F* | reliquā grecie *T*, graeciae reliqua *F* ‖ 11 iuuentutē *A* | ad *in mg.* *C*[1] ‖ 12 inier̄ *A*, iniere *TCV* | agam̃ nonis *A*, agamenonis *TFC*, agamennonis *V* ‖ 13 fuere *V* ‖ 14 senilibus *F* | induceretur *TFC* | his *C* ‖ 15 narratur *TFCV* | discolore *F* | actribuitur *CF* ‖ 16 integuntur *TFCV* | atque *F* ‖ 17 parasito *F* | ⟨in⟩ intorcis *A* ‖ 18 pallii *F* | laeto] loco *TFC* | erumpnoso *A*, erumdoso *F* ‖ 19 obsolet[2] *A*, obseletus *T* | foenicius *A*, fenetius *TFC*, renetus *V* | multici *A* ‖ 20 clamis *codd.* | purpurea *V*, purpura est *TFC*, *om.* *A* | puella *A* peregrinus *V* | inducere *T*

leno pallio colore uario utitur, meretrici ob auaritiam luteum datur.

7 *syrmata dicta sunt ab eo quod trahuntur, quae res ab Ionica luxuria instituta est. eadem in luctuosis personis incuriam sui per neglegentiam significant.*

8 *Aulaea quoque in scaena intexta sternuntur, quod pictus ornatus ex Attalica regia Romam usque perlatus est; pro quibus siparia aetas posterior accepit. est autem mimicum uelum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur.*

9 deuerbia histriones pronuntiabant, cantica uero temperabantur modis non a poeta sed a perito artis musicae factis. neque enim omnia isdem modis in uno cantico agebantur sed saepe mutatis, ut significant qui tres numeros in comoediis ponunt, qui tres continent 'mutatis modis cantici'.

10 eius qui modos faciebat nomen in principio fabulae post scriptoris et actoris superponebatur.

1 meretrici ob] meretricib; *A* | lucrum *F* ‖ 3 sirmata *TFC*, syrinata *A* | trahantur *V*, trahentur *T*, ^tra^huntur *C* ‖ 4 ab iocinica *A*, ab scenica *FC*, ob senica *T*, ^o^ab scenicam (o *et* m *add. m. 2*) *V*; *corr. Reiff.* | luxuriam (m *add. m. 2*) *V*, luxa *T* | luctosis *F* ‖ 5 significabant *TFC*, (ba *del.*) *V* ‖ 6 cena *A*, scenas *FC*, scenis^a^ (*corr. m. 2*) *V* | intexta *A*, in terra *F*, -am *TCV* | quid *A*, qui *V* ‖ 7 ex] erat *TFC* | atalica *A*, actolica *T*, actalica *F*, actalia (ab actalo rege dicta *in mg. m. 2*) *C* ‖ 8 si pr͠ia *TC*, si prima *F*, suppar (*corr. in* suprema *m. 2*) *V* | posteriora *A* | est] Ea *A* | numicum *A*, mimicum (*corr. in* inimicum) *FC*, (*ex* minutum *corr. m. 2*) *V*, minutum *T* ‖ 11 deuerbia] de umbia *TF*, de umbra *in ras.* V^2 | lustriones *A*, histọriones *C* | temperabant *C* ‖ 12 poeta sed] poetas *A* | perio *T* ‖ 13 omnia] contra *C*, uerba *T* | iisdem *TFCV* ‖ 14 sed *om. A* | ut ⟨si⟩ *T* | numeros] M·M·C· *add. Reiff.* ‖ 15 comodū·s· *T* | qui tres *A*, quae res *TFCV* | continet *AFC*, -nes *T* | mutatos modos (os *bis ex* is *corr. m. 2*) *V* ‖ 16 modos *A* ‖ 17 ⟨eius modi⟩ modos *TFCV* | faciunt *TC*, facie*bat V*, *om. F* ‖ 18 post *Dziatzko* (*Goetz*): pro *TFC*, et pro *A*, et *V*; et prope *Leo*, ut et *Schopen* | superponebantur *ATFC*

11 huiusmodi carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante dicerent, quam fabulam acturi scaenici essent, quam omnino spectatoribus ipsius antecedens titulus pronuntiaretur. agebantur autem tibiis paribus, id est dextris aut sinistris, et imparibus. dextrae autem tibiae sua grauitate seriam comoediae dictionem praenuntiabant, sinistrae [Serranae] acuminis leuitate iocum in comoedia ostendebant. ubi autem dextra et sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim ioci et grauitates denuntiabantur.

1 huius modi ⟨adeo⟩ *TFCV* | ad tybias *CV*, *om.* *F* | ferebant *F*, fertebant *T*, feriebant *C* ‖ 2 multo *F* | ex] et *TC*, e *V* | discerent *codd.*, *corr.* *Muretus* ‖ 3 quam ⟨iam⟩ *T*, qua *A* ‖ 4 autem] igitur *V* | tybiis *V* | id — 5 sinistris *post* imparibus *codd.*, *transp.* *Leo* ‖ 5 aut] et *V* | et *del.*, aut *sscr.* V^2 | tybiae *FCV*, lithę *A* ‖ 6 grauitatis *T* | dilectionem *A* | pronuntiabant *AVF*, -bat *TC*, *corr.* *Muretus* ‖ 7 serranae *FV*, serrarę *A*, sertane *C*, certa ē *T*; *secl.* *Reiff.* ‖ 8 et *om.* *TFC*, *sscr.* V^2 ‖ 9 mistim *T* | loci *TFC* | et *om.* *T* | grauitatis *V*

DONATI
COMMENTVM ANDRIAE

ANDRIA

PRAEFATIO

I.

POETA CVM PRIMVM A. A. S. A. 1 Comoedia Andria cum palliata sit fabula, de loco nomen accepit et a. Menandro prius et nunc ab ipso Terentio, qui cum de Chryside loqueretur, sic ait (*I 1, 46*) 'uereor ne quid Andria a. m.' et hoc commune uocabulum est et in Graeca et in Latina lingua.

2 haec maiori ex parte motoria est.

3 continetque actus amatorum adulescentium et patrum piorum: * * * * * callidi serui, ancillae astutae, seueri senes, adulescentulae liberales.

4 in hac primae partes senis Simonis sunt, secundae Daui, tertiae Chremetis et deinceps reliquorum.

5 prologus in hac acer inducitur et in aduersarios non mediocriter asperatus, sed tamen id subtiliter, ut omnia lacessitus facere uideatur ac dicere. hic πρότασις

1 a · ⟨a ·⟩ a · s · a · *A*, appulit animum se ad scribendum *C*, aptuit *T* ‖ 2 palliota *A* ‖ 3 nunc] non *C* | Terentio] tenent. *A* | cum] eum *C* ‖ 4 criside *AC*, chriside *V* ‖ 5 a. m.] am; *A*, apportet mali *TCV* | et[in] *C*, in *V* | Graeca] grã *A* ‖ 7 maiore *CV* ‖ 8 continuo actus *A*, continetque ex se actus (acta *T*) *TCV* | et patrum piorum *Steph.*: ex patriã prior. d. *A*, ex partibus priorum *TC*, (*supra* priorum *m. 2 add.* patrum) *V* ‖ 9 *lac. sign. Reiff.*; sunt ibi *Steph.* | callidi (*ex* -da *corr.*) *C* | seueri *Steph.*: seriue *A*, serii *T*, serti *C*, parci *V* ‖ 10 adolescentuli *V* ‖ 11 hoc *A* | senis simoni *A*, simonis senis *V* ‖ 12 relique *TC* ‖ 13 aceri *A* | in *om. T* | a[d]uersarios *C* ‖ 14 asperatur *TCV* | subtiliter ⟨fit⟩ *dett.* ‖ 15 lacescitus *C* | protasis *ATC*, prothasis *V*

subtilis, ἐπίτασις tumultuosa, καταστροφὴ paene tragica, et tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenitur.

6 haec prima facta est, acta ludis Megalensibus M. Fuluio M.' Glabrione [Q. Minucio Valerio] aedilibus curulibus. egerunt L. Atilius Praenestinus et L. Ambiuius Turpio. modos fecit Flaccus Claudi [filius] tibiis paribus dextris uel sinistris. et est tota Graeca. edita M. Marcello C. Sulpicio consulibus

6* pronuntiataque est 'Andria Terenti' ob incognitum adhuc nomen poetae et minoris apud populum auctoritatis ac meriti.

7 deuerbiis autem et canticis lepide distincta est et successu spectata prospero hortamento poetae fuit ad alias conscribendas.

8 initium autem προτατικὸν πρόσωπον, id est aduenticiam personam, recepit Sosiae propter euoluendam argumenti obscuritatem. persona autem protatica ea intelle-

1 epitasis *ATC*, epithasis *V* | Katastrofę *A*, catastropha[e] (e *sscr. m. rec.*) *C*, catastrophe *TV* | traica *TC* || 2 peruenitur *Reiff.*: peruenit *codd.* || 3 acta *om.* *TCV* || 3—4 in (m *m. rec.*) fuluio edilę int glabrio neq; minutio ualerio curulib; *A*, m. (marco *T*) fuluio edile et m. glabrione quinto minutio termonii. L. Valerio curuli *TC*, m. fuluio et m. glabrione q. minutio termonii L. ualerio aedili curuli *V*; *corr. Dziatzko* || 5 egeř *A*, egere *TCV* | latilius. latinus p̃nestinus *A*, l. attilius (act- *C*) latinus praenestinus (pren- *C*) *TCV*; *corr. W.* | ambirauis *A* || 6 claudii *TCV* | filius *secl. Reiff.* | tybiis *V* || 7 dextris *om.* *T* | uel *A*, et *TCV* || 8 C. *Reiff.*: et *codd.* | sulpitio *CV* | consulis (*corr. m. rec.*) *A* || 9 pronuntiataque *A*, quod pronuntiata *TC*, cum pronuntiata *V* | terentii *TCV* | ãb (o *m. 2*) *C* || 10 et *om.* *V* | [ꝉ minoris] miroris *A* || 11 meriti ⟨fuit⟩ *V* || 12 deuerbis *TC*, deűƀ *A*, sed quia uerbis *V* | autem et canticis *Schopen*: autenticis (autẽncis *T*) *ATC*, auctenticis et *V* | lepidi *T* | detincta *TC*, descripta *V* || 13 successa[u] (*sscr. m. 2*) *C* | spectata] aspectata *T*, (ta *in mg.*) *C*, aspecta *A* | prospera *A* | ornamento *ATC*, or[t]namento (t *m. 2*) *V* || 15 butium (*in* Initium *corr. m. rec.*) *A* | protaticon (protatič. *A*, proṭtatticon *V*) prosopon *codd.* | aduentitiam *codd.* || 16 sofię *A* || 17 o[b]scuritatem (b *sscr. m. 2*) *C*, ⟨obscuramento⟩ obscuritatem *T* | personã *C* | protattica *V* | eã *C*

gitur, quae semel inducta in principio fabulae in nullis deinceps fabulae partibus adhibetur.

9 adnotandum sane puellarum liberalium in proscaenio nullam orationem induci in comoedia palliata praeter inuocationem Iunonis Lucinae, quae et ipsa quoque post scaenam fieri solet.

II.

1 Chremes Atticus, pater Pasibulae et Philumenae, cum ex his duabus Pasibulam perdidisse se falso crederet relictam Athenis nec uisam postea multo tempore, tamquam unicam sibi putabat Philumenam. quam Charinus adulescens Atheniensis et amabat unice et petebat uxorem, sed pater eam Pamphilo cuidam, Simonis filio, ultro desponderat. qui Pamphilus contra sororem Chrysidis ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supra dictam, Chremetis alteram filiam ac sub nomine Glycerii latentem, sic amauit, ut ex ea filium suscepisset inscio patre. qua re intellecta commotus Simo, Pamphili pater, dum per falsas nuptias temptat animum Pamphili, multis dolis a Dauo ipse deluditur seruo, periculumque Charini et Pamphili et totus

1 indocta *C* | nullis] illis *TC* ‖ 2 deinc∗pes *C* ‖ 3 aut notandum sanę *A* | in proemio (prohemio *TC*) *ante* liberalium *ATC*, in prohemio (*corr. in* proscenio *m. 2*) *V*; in proscaenio *secl. Reiff.* ‖ 4 ^{o}rationem *C* | comędia *A*, eo media *CV* | praeter *om. TCV* ‖ 5 iuncius lucinę *A* | post scoenam *V*, post cenam *TC*, prescenam *A* ‖ 7 acticus *A* | passibilę (-le *T*) *AT*, passibulae *CV* | philomenae *TCV* ‖ 8 passibulam *codd. et sic deinceps* | perdidisse ⟨INCIPIT ARGVAND⟩ *A* ‖ 10 filumenam *A*, philomenam *CV* ‖ 11 atthenensis *A* | et amabat] adamabat *TCV* ‖ 12 sed pater ^{eam} *C*, *om. A* | disponderat *T*, disponṣạderat *C* ‖ 13 econtra *V* | ac] at *Reiff.* ‖ 14 peregrinam ⟨per eam (eum *V*)⟩ *TCV* | tum] tñ *T* | dictâṭâ *C* ‖ 15 altera filia *TC* | latenter *codd., corr. Reiff.* ‖ 16 ea] illa *T* | filia *T*, filium (u *ex* a *corr.*) *C*, fili^{u}am (u *sscr. m. 2*) *V* | insco *A* | patẹre *C*, parere *T* ‖ 18 teneat *TC*, tentat *V*, *om. A* ‖ 19 periculoque *TCV* | & totus *A*, motus *TCV*

error inenodabilis usque ad eum finem est ductus, dum Athenas ueniens Andrius quidam Crito rem aperiat et nodum fabulae soluat. per quem agnita Pasibula recipitur a parentibus et traditur Pamphilo amanti; item Philumena Charino despondetur et traditur exoptanti.

2 Perspecto argumento scire debemus hanc esse uirtutem poeticam, ut a nouissimis argumenti rebus incipiens initium fabulae et originem narratiue reddat spectatoribus auctoremque praesentem scilicet ibi exhibeat, ubi finis est fabulae. hunc enim orbem et circulum poeticae uirtutis non modo secuti sunt tragici comicique auctores, sed Homerus etiam et Vergilius tenuerunt.

3 Difficile est diuisionem actuum in Latinis fabulis internoscere obscure editam: causam iam dudum demonstrauimus (*cf. Euanth. III 1*). unde autem aut quomodo quamuis aegre tamen intellegi distinguique possint, est operae pretium discere. principio dicendum est nullam personam egressam quinquies ultra exire posse; sed illa re plerumque decipimur, quod personam, cum tacuerit, egressam falso putamus, quae nihilo minus in proscaenio tacens loquendi tempus exspectat. est igitur attente animaduertendum, ubi et quando scaena uacua sit ab omnibus personis,

1 inenodabilis *Rabbow*: in fabulis *codd.*; inextricabilis *Leo* | usque] qui *TCV* | ductus est finem *TCV*, finem est *A* ‖ 2 andrus quidem certo *T* ‖ 3 nodum (n *ex* m *corr.*) *C* | soluit *A* | per quae (que *T*) *TC* ‖ 4 a parentibus recipitur *V* | Pamphilo — traditur *om. A* | item *Goetz*: et *TC*, *om. V*; uero *post* Phil- *D* (*ed. pr.*), *post* Char- *LP* | philomena *TCV* ‖ 5 carino *sscr.* C^2 ‖ 6 per^{sp}fecto (sp *sscr. m. 2*) *V* ‖ 8 narratiue *A*, narratione (narrat *add. C*) *TC*, narrationis *V* ‖ 9 auctorem *A* | scilicet ibi *Reiff.*: sibi *codd.* | exhibeat *V*, exibitur *A*, exibitus^{m} *C*, exhibiturus *T* | fabulae est *TCV* ‖ 10 orbem] ordinem *TCV* | ⟨artis uel⟩ uirtutis *TCV* ‖ 11 sed *om. A* ‖ 12 etiam *om. TCV* | tenuer̄ *A*, tenuere *TC* ‖ 13 esse *V* | fabulis *om. A* ‖ 14 obscure] ob supra *TCV* | editam *Reiff.*: dictam *codd.*; indicatam *Schoell* ‖ 16 aegre] agere *A* ‖ 17 discere *V* ‖ 19 decimur (*corr. m. 2*) *V* | persona *A* | ingressam *TCV* ‖ 22 sena *T* | fit *A*

ita ut in ea chorus uel tibicen obaudiri possint. quod cum uiderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. confundit saepe lectorem illud, quod persona in superiore scaena desinens et in proxima incipiens loqui non intellegitur ingressa, quod ipsum experientes statim diiudicant de rerum ac temporum quantitate. potest enim fieri, ut et ingressa sit et egressa, quam praue credimus de proscaenio non recessisse. posse autem quinto egredi personam, non et necesse esse dicimus, ut appareat ultra exire non posse, in tragoedia parcius exire et solere pariter et licere.

III.

1 Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Sosiam continet argumenti, quod populus hac occasione perdiscit (*sc. 1*), mox querelam apud se Daui de domino et eiusdem cum domino uerba (*sc. 2*), et rursus eiusdem serui deliberationem, quid rerum gerat (*sc. 3*).

2 secundi actus haec sunt: Charini uerba primo cum Byrria seruo et post cum ipso Pamphilo de nuptiis Philumenae (*sc. 1*), Daui interuentus (*sc. 2*), cum eo disputatio de nuptiis (*sc. 3*), Pamphili sermo cum patre dolo consentientis in nuptias, Byrriae uerba (*sc. 4 et 5*), Daui callida oratio aduersum senem (*sc. 6*).

1 uel *dett.*: et *ATCV* | audiri *TCV* ‖ 2 finitum esse *CV* (*T*?) ‖ 3 illud] etiam *TCV* | ⟨ea⟩ persona *TCV* | in *D* (*ed. pr.*), *om.* *ATCV* ‖ 4 superiori *V*, -ora *T*, (*in* -ori *corr.*) *C* | desiciens *T*, deficiens *CV* | proximam *T* | incipient *T*, incipies *C* ‖ 5 non *om.* *TC* | ipsum *Steph.*: ipsam *A*, *post* experientes (ex parienti *T*) *rell.* | statim] fictam *in ras.* V^2 ‖ 6 diuidicunt *A*, diuidant *T* | de rerum] de ·rerū·P· *A*, de re·p· *TV*, de·R·P·^{ca} (ca *add. m. 2*) *C* | enim] tamen *TCV* ‖ 8 procenio *A*, scenio *T* | recisse *A* ‖ 9 apareat *A* ‖ 10 tragoediā *A* | partius *C* ‖ 12 similis apud sosc̣iam (socias *T*) *TC* ‖ 13 populo *T* | hac *TV*, ac *C*, *om.* *A* ‖ 15 cum *sscr.* C^1 ‖ 16 quod *A* ‖ 17 secunda *A* | //// actus *V* ‖ 18 et *om.* *V* | filomoene *A*, philomenae *TCV* ‖ 19 ⟨et⟩ cum *TCV* ‖ 20 consentiente (tis *sscr. m. 2*) *C* ‖ 21 in *om.* *TCV* ‖ 22 aduersus *V*

3 tertio actui haec attribuuntur: Mysidis cum obstetrice colloquium Dauo ac Simone audientibus (*sc. 1*), partus Glycerii suspectus seni et Daui apud eundem fraudulenta sermocinatio (*sc. 2*), Simonis uerba cum Chremete de nuptiis (*sc. 3*), Daui perturbatio et Pamphili (*sc. 5*).

4 quartum actum per haec intellegimus: prima Charini uerba sunt indignantis uelut fidem sibi non seruatam a Pamphilo (*sc. 1*), tum Mysidis uerba apud Pamphilum (*sc. 2*) eiusdemque questus (*sc. 3*), tum Daui administratio doli aduersus Chremen (*sc. 4*).

5 in quinto actu Chremetis et Simonis prope iurgium disputatio est (*sc. 1*), tum detectio fallaciarum Daui (*sc. 2*), tum indignatio patris aduersum filium (*sc. 3*), tum Critonis interuentus et per eum cognitis rebus in tranquillum res acta ducentibus uxores quas concupiuerant Pamphilo et Charino (*sc. 4 et 5*).

6 Illud nos commouere non debet, quod in horum actuum distinctione uidentur de proscaenio non discessisse personae quaedam, sed tenere debemus ideo Terentium uicinitatis mentionem fecisse in principio (*I 1, 43*), ut modico receptu et adesse et abesse personam intellegamus. nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

1 tercio actu *A* | haec *om. TCV* | Mysidis] Missus *A* | obstreͥtce *C* ‖ 3 glicerius *A* | susceptus *TC* | fraudulenter *C* ‖ 4 cheͬmete *A* ‖ 6 actum *om. T* ‖ 7 sibi *A*, *sscr. V*², *om. TC* ‖ 9 -que *in ras. V*² (*om. LD*), quē *A* | questus *in ras. V*² (*dett.*), *om. ATC* | tum *C*, tu *A*, tũ *T*, *om. V* (*dett.*) ‖ 10 chremetem *T*, (cre-) *V*, chrem̄tem *C* ‖ 11 chrematis *A* ‖ 12 est (et *T*) disputatio *TCV* | deceptio *TC* ‖ 13 tum indignatio *in ras. A* | aduersus *TCV* | chritonis *A*, certonis *T* ‖ 14 cognatis *A* | tranquillam *TC*, -lla *A* | res acta *Steph.*: rei actę *A*, re acta *V*, rem acta *TC*; rei actio *Schoell* ‖ 15 educentibus *TC* | concupuerant *A*, concupierant *V* ‖ 16 chateino *A* ‖ 17 Illud — 23 diuiserunt *om. V* | quot morum *T* ‖ 18 distintione *C* | uadentur *A* | distexisse *T* ‖ 20 uicinitas *C* ‖ 21 recepti *A*

PROLOGVS

1 **1** 1 POETA CVM PRIMVM ANIMVM A. S. A. principium factum a commendatione personae, quod pudens, quod honestus, quod prudens Terentius. et honore maiore 'poetam' potius quam 'Terentium' dixit, ut illum hoc ipso nomine, de quo laborat, ornaret. 2 POETA CVM P. A. A. S. A. intentio omnis huius prologi hoc agit, ut nouo poetae ueniam paret et ueteri odium et ut quam maxime modestum minimeque errantem Terentium probet. 3 POETA CVM P. A. meritum iam poetae dedit 'poetam' eundem dicendo. 4 *Et* ab animo eius quem defendit. 4 POETA CVM P. A. A. S. A. sensus hic est: proposuerat quidem poeta noster, ut in prologis argumenta narraret, sed hoc imputat Luscio Lanuuino aduersario, qui eum non permisit facere quod proposuerat, maledictis suis ad respondendum eundem prouocans. 6 APPVLIT appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad litus accesserit. Vergilius (*Aen. III 715*) 'hinc me digressum u. d. a. o.'

7 APPVLIT in secunda lectione 'attulit' fuit, sed 'appulit' magis; nam postea sic (*II 6, 15*) 'animum ad uxorem appulit'.

2 **2** ID SIBI NEGOTI negotium modo pro molestia et cura, non labore.

1 Postea *C* | A. S. A. *om. TCV* ‖ 2 pudens] prudens *AT* ‖ 5 CVM — 6 S · A ·] cum primum animum *C*, cum (c. *V*) p. a. *TV* ‖ 6 prologi huius *TCV* ‖ 7 et ueteri] uet&eri *A* | ut *sscr. C* ‖ 8 minimeque] mꝫmꝫmꝫq; *A* | errantem] errati *A* | probet] pro hęc *A* ‖ 9 CVM — 10 POETA *om. AV* ‖ 10 animis *C* ‖ 11 cum · p · a · as · a · *A*, cum primum a · a · a · *TC*, c · p · a · *V* ‖ 12 prolagis *C* | sed ⟨aliter euenit. et⟩ *Rabbow* ‖ 13 lucio *T*, *om. V* | lan$\overset{i}{u}$mo *A*, Lauino *TC*, Lanuuio *V* ‖ 15 appellere *ex* -are *corr. C* ‖ 16 ex pælago *A* ‖ 17 Vergilius] ũn *T* | hic *AC* | · V · D · A · O · *A*, uestris deus appulit oris (horis *T*, ḣoris *C*) *TCV* ‖ 18 oppulit *T* | attulit *Steph.*: appulit (apulit *A*) *codd.* | apulit *A* ‖ 19 nam — 20 appulit *in mg. V*[2] ‖ 21 SIBI — negotium] sibi negotiū *A*, negotium sibi *TC*, negocii · s · *V* | mod̄ *C*, modis *T* | modestia *C* ‖ 22 laborē *A*

3 **3** 1 POPVLO VT PLACERENT 'ut' ne non significat: modo enim est coniunctio. 2 VT PLACERENT QVAS FECISSET FABVLAS ad 'fecisset' rettulit 'fabulas', non ad 'placerent'. et est figura σύλληψις. 3 QVAS FECISSET FABVLAS bene 'fecisset', non 'scripsisset'. unde et poetae a faciendo dicti sunt, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν. sic Vergilius (*Ecl. III 86*) 'Pollio et ipse facit noua carmina'.

4 **4** 1 VERVM ALITER sic Vergilius (*Aen. VII 44—45*) 'maior mihi rerum nascitur ordo, m. o. m.' non enim hoc elegisse se dicit, sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse. — 2 INTELLEGIT *quod credimus plerumque falsum est, quod intellegimus certum est.* — 'aliter' autem contra significat, ut (*Verg. Aen. II 428*) 'dis aliter uisum'. 3 VERVM ALITER EVENIRE M. I. adeo nec praeparauerat nec intenderat quemquam laedere, ut spe falsus lacessitusque hoc faciat.

5 **5** OPERA ABVTITVR utimur fructibus rei, quae †amantibus saluo usu nobis subministratur, abutimur, quando deperdimus et rem et fructum. nam usui est

2 enim *W*: non *codd.* | ut placerent *sscr.* *V*² | placeret *C* | fecit fabulas *TC*, f. f. *A* || 4 silepsis *ATC*, syllepsis *V*, silempsis *schol. Paris.* || 5 FABVLAS *om.* *V* | beneficisset *A* | undȩ & poetȩ a faciendo dicti sunt ΔΠΟ ΤΟΥ ΝΟω '(*in* ποιεῖ *corr. Daniel*) *A*, unde et (*om.* *V*) poeta a faciendo dictus est (*om.* *TC*) πασητὴς (* * * *TC*) *TCV*; unde [poeta] a faciendo dictus est ποιητής *Sabb.*; unde et poetae ἀπὸ τοῦ ποιεῖν ⟨id est⟩ a faciendo dicti sunt *Steph.* || 7 Pollio — 8 Vergilius *om.* *TCV* | et *om.* *A* (*sscr. Daniel*) || 9 rerum mihi *V*, mihi *TC* | nascitur ordo] ·no· *A* | mo·m· *A*, Mo· *TC*, maius opus moueo *V* | hoc *om.* *A* || 10 se *om.* *TCV* | dicitur (*sscr.* dicit *m. 2*) *C* | natu *A* | sibi *in mg.* *C* || 11 ⟨et⟩ quod *codd.*, quod *ed. pr.* | credimus] intellegimus *A* | falsum *ex* factum *corr.* *C* || 13 diis *AV* | uisum ⟨superis⟩ *V* || 14 M. I.] m· *V*, mo· *T*, intelligit *C* | adeo ⟨ut⟩ nec *TCV* || 15 quemque *T* | lacessit q̄. *A*, lacescitᵒq; *C* || 17 abutentur *A* | fructibus *TCV* (*schol. Paris.*), fruct///(us *eras.*) *A*, fructu *schol. Vatic.* || 18 †amantibus (a manentibus *schol. Paris.*) saluo usu] *schol. Vatic.* Donatus: utimur fr. manentium rerum. *cf. Boeth. in Top. p. 301, 20 Or., Isid. orig. V 25, 29*; a mancipibus *Rabbow coll. Tert. apol. 11*; salua οὐσίᾳ *Schoell et Rabbow* || 19 re *A* | usu *T*, (i *sscr.*) *C*, usi *AV*

ager domus, abusui oleum uinum et cetera eiusmodi. Cicero 'non debet' inquit 'ea mulier, cui uir bonorum suorum usumfructum legauit, cellis uinariis plenis relictis putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est. ea sunt inter se contraria'. hoc in Topicis (*3*, *17*) habetur.

6 **6** 1 NON QVI ARGVMENTVM NARRET quod uere prologi est officium. 2 QVI pro ut. *ergo non est modo pronomen.* 3 SED QVI MALEVOLI VETERIS POETAE primum a natura 'maleuoli', deinde a tempore uel ab inuidia 'ueteris', a signo aemulationis 'poetae'.

7 **7** 1 Vetus plerumque refertur ad laudem, interdum ad uituperationem, ut hic et alibi (*Eun. IV 4, 21*) 'uetus ueternosus senex'. 2 'Veteris' pro cariosi et quasi rancidi posuit, atque ideo 'maleuoli'. 3 Non 'criminibus' sed 'maledictis'. quid autem inter maledictum et crimen intersit, docet Cicero in Tusculanis(?). 4 VETERIS ratio inuidiae, POETAE causa insectationis. 5 MALEDICTIS criminatio aduersarii. 6 VETERIS POETAE M. R. quia senex Luscius edebat fabulas adulescentulo tunc Terentio. 7 *Et* eleganter 'maleuoli' 'maledictis' 'ueteris': commendatio poetae a persona aduersarii. 8 RESPONDEAT excusatio respondentis. 9 *Et* non 'obsistat' sed 'respondeat'.

8 **8** 1 NVNC QVAM REM 'quam' qualem. 2 VITIO DENT uituperent, culpent. 3 *Vituperare est mala, uitio dare*

1 ager domus *ed. pr.*: agendo usus *codd.* | abusio *ATC* | uinum *A*, ⟨et⟩ uinum *V* | huiusmodi *TCV* ‖ 2 inquid *A* | mulier ea *V*, mulier ea mulier *TC* | ur *A* ‖ 3 usufructum *AV* ‖ 5 est *om. T* ‖ 8 pro *om. A* | ergo] quo *T* ‖ 9 male noli *A*, maliuoli (*post* ueteris) *TC*, (*post* poetae) *V* | primum — 10 natura] atque ideo *T* (*cf. infra*) | a nã (na *sscr.*) *C* | maliuoli *TCV ubique* ‖ 12 plerumque — 15 maleuoli *om. T* ‖ 13 alib ui *A* ‖ 14 cariosi *C* (*sscr.* a carie dr̃ *m. 2*) *C* ‖ 15 rancioli *A*, rancide *C* ‖ 16 sed] f (*pro* ſ.) *A* ‖ 17 crimen et maledictum *TCV* ‖ 17 tusculana *A* ‖ 20 lucius *AT* | tum *V* ‖ 22 poetae ⟨ueteris persone⟩ a persona *C* | Respondent *A* ‖ 23 Et] ut *V* | absistat *A* ‖ 25 num *A* ‖ 26 mala *ed. pr.*: male *AC*, malo *T*, *om. V*

etiam bona. 4 NVNC QVAM REM VITIO DENT 'nunc animaduertite', non 'nunc uitio dent'. 5 *Et* oratorie quasi multos facit, cum unum supra dixerit, ut Vergilius (*Aen. XII 60*) 'desiste manum committere T.' 6 QVAESO propositio. 7 ANIMADVERTITE legitur et 'attendite'. unde manifestum est et 'attendite' et 'aduertite' non esse plenum, nisi addideris 'animum'.

9 **9** 1 MENANDER FECIT ANDRIAM ET P. iam narratio est. 2 *Et* proprie 'fecit': scribit enim Terentius, qui uerba adhibet tantum, facit Menander, qui etiam argumentum componit. sed saepe ad laudem Terentii 'fecit' de eo quod est transtulit.

10 **10** 1 VTRAMVIS prima scaena Perinthiae fere isdem uerbis quibus Andria scripta est, cetera dissimilia sunt exceptis duobus locis, altero ad uersus XI, altero ad XX, qui in utraque fabula positi sunt. 2 QVI ⟨VTRAMVIS RECTE NORIT AMBAS NOVERIT id est: qui⟩ norit unam, norit ambas et nouerit omnem rem. 3 ⟨*Et* mire⟩ uno uersu 'norit . . . nouerit'. 4 VTRAMVIS deest 'harum'.

11 **11** 1 NON ITA DISSIMILI SVNT AR. ordo: ita non sunt. ergo 'ita' subdistinguendum. 2 SED TAMEN discretio est

1 ⟨et⟩ etiam *ed. pr.* | NVNC] non *TC* | r·u·d. ⟨animaduertite⟩ *V*, rem uitio *T* | nunc (q̂ *add. T*) aduertite non uitio dent *TCV* ‖ 2 quā *T* ‖ 3 multos *Steph.*: multas *A*, multa *TCV* | unum *om. TC*, *sscr. V*[2] ‖ 4 T.] teucris] *V* | praepositio (*corr. m. 2*) *V*, p̄positio (est *add. C*) *TC* ‖ 5 aī aduertite *V* | adtendite *A* ‖ 6 adtendite *C* ‖ 8 narratio est *A*, narrationē *TC*, narrationem incipit *V* ‖ 9 Et *sscr. C*, *om. A* ‖ 10 fecit *TC* ‖ 11 sed] f. *A* | de *A*, ab *V*, ac *TC* ‖ 13 scene *T* | perinchię *A* ‖ 15 ·XI· *ATC*, undecim *V* | altero ad *ATC*, altero ad uersus (*sscr. m. 2*) *V* | ·XX·δ̄· *A*, ·XX ā (uicesimū *sscr. et* ā *del. m. 2*) *C*, XXŌI *T*, XX^ti *V*; *an* XXI? ‖ 16 positis; (= -ti sunt) *A* | VTRAMVIS — 17 qui *add. W.* ‖ 17 nora *A* ‖ 18 norit] nora *A*, *om. TCV* | et *om. A* | norit *C* | Et mire *add. W. duce Bentleio* ‖ 19 norit nouerit (*ex* norat *corr.*) *C*, nouerit norit *TV* | deest *C* ‖ 20 AR. *om. A* | ita *sscr. C* ‖ 21 distinguendum *V* | discretionē *V*

a superioribus. et est ἀνακόλουθον, non enim supra posuit 'quidem'. 3 NON ITA DISSIMILI SVNT AR. 'ita' pro ualde. 4 *Et* caute: potuit enim dici 'quomodo ergo duae sunt?'

12 **12** 1 DISSIMILI ORATIONE [ita] ne Menandrum culpare uideatur, hoc adiunxit, quod laudis est. 2 ORATIONE ... AC STILO oratio in sensu est, stilus in uerbis. 3 Oratio ad res refertur, stilus ad uerba. 4 Stilus non est in pectore sed in prolata oratione, oratio autem et in cogitatione est et in prolatu. 5 Orationem in sententiis dicunt esse, stilum in uerbis, argumentum in rebus. ergo et poema oratio.

13 **13** 1 QVAE CONVENERE IN ANDRIAM apparet non de industria sed casu esse translata ea, quae ex Perinthia in Andriam eodem sensu isdemque uerbis perscripta fuerant. 2 QVAE CONVENERE IN ANDRIAM unam ergo, non duas transtulit. 3 QVAE CONVENERE IN ANDRIAM quae apta et commoda fuerunt. 4 IN ANDRIAM Latinam, non Graecam.

14 **14** FATETVR TRANSTVLISSE sed quare ergo se onerat Terentius, cum possit uideri de una transtulisse? sic soluitur: quia conscius sibi est primam scaenam de Perinthia esse translatam, ubi senex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto. at in Andria Menandri solus est senex.

1 ·ΑΝΑΚΟΛΟΥΘΟΝ· *A*, anacoliton *schol. Paris.*, *** *T C V* | enim] autem *T C V* ‖ 2 AR. *W.*: oratione *codd.* ‖ 3 Posuit *A*; caute posuit: potuit enim *etc. Bentley* | enim *sscr. C* | modo *om. T* ‖ 4 ratione *C* | ita *secl. Rabbow* ‖ 6 actilo *A* | stilus *1.*] Stilos *A* ‖ 8 in pectore *Bentley*: in tempore *codd.* | in probata oratione *A*, in probatione *TC*, (*in mg. m. 2* uel prolata oratione) *V* | ⟨ȩ⟩autem *C* ‖ 9 et *1.*] ex *A*, *om. T* | et *2. om. T* | in probatu (-ta *T*) *TC*, in probaṭịọṇẹ [latu] (*corr. m. 2*) *V* | in summis *T* ‖ 10 dictam *TC*, (*in* dicunt *corr. m. 2*) *V* ‖ 11 et — oratio] in poemate oratio est *dett. et edd.* ‖ 12 IN ANDRIAM] mandriam *A* ‖ 13 translata (l *ex* d *corr.*) *C* ‖ 14 in Andriam] et Andria *C* | hisdemque *A* | fuerant *A* ‖ 16 QVAE — ANDRIAM *om. T C V* ‖ 19 sed — 20 transtulisse *in mg.* V^2 | sed] deest 'se' *Schoell*

15 **15** 1 ID ISTI VITVPERANT F. 'isti' ad reprehensionem sumitur personae: interdum reprehensionem rei significat, ut Vergilius (*Aen. IX 94*) 'quid petis istis?' 2 VITVPERANT uitium rei parant. 3 DISPVTANT immorantur, calumniantur, argumentantur.

16 **16** 1 CONTAMINARI 'contaminare' proprie est manibus luto plenis aliquid attingere et — 2 *Contaminare contingere est.* — polluere. Vergilius (*Aen. III 61*) 'linqui pollutum h.' 3 CONTAMINARI 'contaminari' tangi *et relinqui* polluta manu ac per hoc uelut foedari aut maculari, ut ipse ait (*Eun. III 5, 4*) 'ne hoc gaudium contaminet uita aegritudine aliqua'. 4 CONTAMINARI NON DECERE id est: ex multis unam non decere facere.

17 **17** 1 FACIVNTNE INTELLEGENDO 'ne' quidam corripiunt et cum interrogatione pronuntiant, quidam producunt. quorum alii 'ne' pro nonne accipiunt, id est non, alii 'ne' pro ualde, ut (*Ad. IV 2, 1*) 'ne ego homo sum infelix' et Cicero (*Catil. II 3, 6*) 'ne illi ueh. e'. 2 *Et* hoc melius, nam statim infert 'quorum aemulari exoptat n. p. q. i. o. d.' 3 NE nimis, multum, plurimum.

18 **18** 1 QVI CVM HVNC ACCVSANT NAEVIVM PLAVTVM

1 ID *om. A* | F.] factum *C*, *om. ATV* ‖ 3 Quod *A* | petistis *ATC* ‖ 4 re *A* | parant *V*, putant *TC* ‖ 5 calumpniantur *A* ‖ 6 CONTAMINARI *om. T* | contaminare *om. CV* | ÷ manibus cum *A*, manibus cum *C*, cum manibus *TV* ‖ 7 aliquis &ingere *A* | contaminari (-rię *C*) ⟨et⟩ *TC* ‖ 8 est] et *V*, est et *TC* | *l*inqui *V*, linquit *T* ‖ 9 h· *V*, h *A*, h. (b. *C*) *post* CONTAMINARI *TC* | CONT — cont —] d·c·a· *V* | tangi /// (ę *eras.*) *A* ‖ 10 ac] hac *C* | uoluit *TCV* ‖ 11 ne hoc] hoc loco *TC*, ne hoc loco (*corr. m. 2*) *V* ‖ 12 alique *A* | deτer& *A* ‖ 13 una *T* | deē *A* ‖ 14 faciunt ne ne non (ne *in* ue *corr. ut uid.*) *C* | ne *ex corr. C* ‖ 15 et *sscr. C* | cum] ei9 *A* ‖ 16 pro nonne *W.* (*Rabbow*): pro ne *ATC*, pro non *V* | ⟨ne⟩ id est non *dett.* ‖ 17 ut nę *C* ‖ 18 ueh ·e·] ueh. ñ *A*, ne hı *C*, ne h. *T*, ne hoc *V* | Et] net *in mg. C*, *om. A* ‖ 19 infere *A* | quorum — 20 plurimum *post* 47, 5 dixit *TCV* ‖ uorum magis exoptat aemulari n. (negligentiam n. *V*) p. q. r. (i. *T*) o. a. (d. *T*) *TCV* ‖ 20 nimus *A* | multum *in mg.* V^2 ‖ 21 accusant hunc *TCV* | neuū plautum. emu uma; *A*

ENNIVM A. in singulis magna ἔμφασις auctoribus, sed ordo non est seruatus: Ennius namque ante Plautum fuit. sed quod est summum auctoritatis, Ennium ultimum dixit.

2 QVI CVM HVNC A. N. P. E. Terentium, inquit, specialiter accusantes nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. et est argumentum ab exemplo et auctoritate.

22 **22** 1 DEHINC VT Q. P. M. recte, nam 'quiesce' illi dicitur, qui est insolens et inquietus. 2 PORRO 'porro' in f u t u r u m dixit. 3 MONEO terribiliter dixit. Cicero (*in Verr. I 12, 36*) 'moneo praedico a. d.' 4 MONEO liberatus culpa etiam terret alibi criminaturus aduersarios.

24 **24** 1 FAVETE ADESTE iam ad auditores conuertitur, a quibus coepit. 2 FAVETE quasi dicat: haec aduersarii faciunt, uos autem, quod in uobis est, fauete, *uos ergo fauorem facite.* 3 ADESTE non ut absentibus dicit, quippe qui corporibus praesto erant, sed: intenti estote. 4 FAVETE silete. sic et pontifices dicunt 'fauete linguis, fauete uerbis', unde Vergilius (*Aen. V 71*) 'ore fauete omnes' etc.

5 ADESTE animis scilicet: auxilium praebete, ut a d - e s s e aduocatus dicitur reo. 6 AEQVO ANIMO ab honesto; ET REM COGNOSCITE a iusto.

1 ⟨et⟩ ennium *V*, enmuũ *T* | A.] accusant *TCV* | singulariter *TC* | enfalsis *A*, emphasis *TCV* ‖ 2 seruat² *A* ‖ 3 summum (e *corr. m. 2*) *V* | en mũ *A* | dux; *A*, dicit *V* ‖ 4 A.] ac· *TC*, accusant *V* | p. (pl. *V*) n · e · *TCV* | inquid *A* | specialiter *om. V* ‖ 8 q̂ · p · m · *TC*, quiescant p · m · *V* | rete (c *ssc.*) (rectis *T*) non *TC* | quiescere ille *TCV* ‖ 9 quietus (non *in mg. add. m. 2*) *C*, in quietus (in *m. 2*) *V* ‖ 10 dicitur *CV* | MONEO] monat *A* ‖ 11 a. d. MONEO] admoneo *TCV*, moneo (ad *sscr. Daniel*) *A* ‖ 12 terret] tm̃ *V* | alibi ⟨etiam⟩ *A*, *om. LP*; *del. Schopen* | criminaturus *V* (*ed. pr.*), -ros *rell.* | aduersario *T* ‖ 13 Fauuete *A* ‖ 14 coepit; fauete *A*, fauete cepit *TCV* | q · d · *V* ‖ 15 quod *om. T* | ergo] autem *A* ‖ 16 facite *ex* facte *corr. A* | ⟨At⟩adeste *CV* | non *om. A* ‖ 17 erant] essent al' erant *C* | estote *C* ‖ 18 sic et] sicut *V* | pontifices *ex* -fex *corr. C* ‖ 19 unde *om. V* | et cetera *ATC*, *om. V* ‖ 20 silicet *C* ‖ 21 reo//// *C*

23 **23** MALEFACTA NE NOSCANT SVA melius quam si dixisset 'audiant'.

24 **24** 7 COGNOSCITE pro ⟨* * * *⟩ 8 COGNOSCITE sic dixit 'cognoscite, ut pernoscatis', quemadmodum in Hecyra (*prol. II 1—2*) 'orator ad uos uenio ornatu prologi: sinite exorator sim.'

25 **25** 1 VT PERNOSCATIS ab utili. 2 RELIQVVM sunt qui 'reliquorum' accipiunt, ut sit sensus: de hac fabula sumite specimen, ut sciatis, an ceterae uobis spectandae sint. nam postmodum dicit in alio prologo (*Hec. prol. I 8*) 'alias cognostis eius: quaeso hanc noscite'. 3 RELIQVVM quasi diceret 'postremum', — *est ergo quasi aduerbium,* — id est *τὸ λοιπόν.* 4 RELIQVVM siue hoc reliquum dicit siue 'reliquum' pro reliquorum, geminata v scribitur.

26 **26** 1 POSTHAC ⟨QVAS⟩ FACIET scribet. 2 DE INTEGRO utrum denuo an ex integris Graecis?

27 **27** 1 SPECTANDAE AN E. S. V. P. *σύλληψις*, ut supra (*v. 3*): ad uerbum enim 'faciet' declinauit, non ad 'spectandae sint'. 2 SPECTANDAE proprie ut fabulae: probandae. 3 EXIGENDAE ἔξω agendae.

1 dixisset *ex* -ent *corr.* C ‖ 2 audiant *ex* -unt *corr. C*, -ent *T* ‖ 3 pro *W.*: per (-cognoscite) *codd.* | iudicate *suppl. Rabbow* | c̣ọgnoscite *V* ‖ 4 hicyra *A*, echira *CV* ‖ 5 ad nos uenio *bis A* | cum ornatu (cum *m. 2*) *V*, ornato *T* | prolagi sinite *C*, prologis mite *A* ‖ 6 siem *V*, sc̣iem *C* ‖ 7 p̄noscatis *A* ‖ 8 qui ⟨pro⟩ *V* | requorum *A* ‖ 9 speciē *A* ‖ 10 postmodo dū *A* | dicit in *W.*: de in *A*, deinde *TCV* | aliq°uo *A* ‖ 11 cognoscatas *A*, cognoscetis *V*, cognoscitis *T*, (*ex* -etis *corr. m. 2*) *C* | hanc] bene *TCV* | cognoscite *ATV*, (*ex* agn- *corr.*) *C* ‖ 12 q·d· *V* | est *post* aduerbium *V*, *om. TC* | quasi] quaeso *TCV* | id est] ut. *A* ‖ 13 το am non *A*, * * * * *TCV* (*το λοιπον ed. pr.*) | RELIQVVM — hoc *om. A* ‖ 14 ·u· *V*, ·v· *C*, ·ut *A*, in- *T* ‖ 15 Post hęc *A* | scribit *TC* | interog° *C* ‖ 16 an *om. V* | ex] nocebit *A* ‖ 17 E·S·V·P·] ·e·i·s·v·p· *TC*, exigendae *V* | CΥΛΛΛΕΛΛΙΤΠC· *A*, Silepsis *TC*, syllepsis *V* | supra *in mg. C*¹ ‖ 18 aduerbium (i *del.*) *CV* | ad] ab *T* ‖ 19 sint] sinę; *A*, *om. T* | SPECTANDAE *om. T* | problande *C* ‖ 20 ἔξω agendae *W. coll. Porph. ad Hor. c. IV 15, 18*: exagendae *ATC*, (ex *in* extra *corr. m. 2*) ⟨explodendae⟩ *V*

I.

1.

28 **1 1** VOS ISTAEC INTRO AVFERTE ABITE in hac scaena haec uirtus est, ut ⟨in⟩ argumenti narratione actio scaenica uideatur, ut sine fastidio longus sermo sit ac senilis oratio. 2 VOS ISTAEC I. A. A. haec scaena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulae iaciuntur, ut uirtute poetae, sine officio prologi uel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, et periocham comoediae populus teneat et agi res magis quam narrari uideantur. 3 VOS ISTAEC I. A. A molliter retenturus et separaturus Sosiam imperat, ut maneat. addit etiam causam illis abeundi dicendo 'istaec auferte' ne, suspicionem iniciat Sosiam communicandi secreti gratia remansisse. — 4 *Et bene 'auferte': auferimus enim ea, quae cum fastidio cernimus, ferimus ea, quae cum honore tractamus.* — deinde quasi respicientes increpat dicendo 'abite'. 5 ABITE concitatius legendum est, quia respectantes properat et discernit a Sosia. 6 ⟨SOSIA⟩ Sosiae persona protatica est, *non enim usque ad finem perseuerat*, ut est Daui in Phormione, in Hecyra Philotidis et Syrae.

1 ⟨enim⟩ animaduertite (-tis *T*) *TC* | addere] a dolore p *T* ‖ 2 ⟨potius (ponit *T*)⟩ quam *TCV* | comparatiu*um* *V*, -tiuo *B* | facere *om. B* | Nam — continentem *om. B* (*t. Wiss.*) ‖ 4 et *om. T* ‖ 5 quidam *B* | pa · gn · *B*, p · g · *T* ‖ 7 et *om. C* ‖ 8 translatae *codd., corr. Sabb.* ‖ 9 ⟨et⟩ facie *TC* | ho · *B* | oikonomia *B*, oeconomia *V*², *om. TC* | quam *BTC* | amare *TC* ‖ 10 cherea phedria *V* | miraretur *T*, uidetur miretur *C* ‖ 11 FACIE — honores *om. B* (*t. Sabb.*) | facie h · sicut *T* ‖ 13 dii *V* | NI — DABO *om. B* | me iuppiter *T* ‖ 14 ni dabo] cum · m · *V* | ni *2. om. V* | ⟨ut⟩ uirgilius *V* | Vergilius — a · a · *om. B* | a · a ·] a · b · *TCV* ‖ 16 DECREPITO EVNVCHO *om. B* | facere *C*, facetis *T* | me *T*, *om. C* ‖ 18 etiam *BV* | properatio *C* | est *om. BTV* | ⟨potius⟩ quam *BV* ‖ 19 *lemma om. B* | hoc *sscr. C* ‖ 20 decrepit*i* *V* | dict*i* *sunt* *V*, dicuntur *B* | qu*o*rum *V* | ⟨e⟩ crepitu *TC* | plangor *T* ‖ 21 fuerunt *TC* | HAEC — THAIDEM] superat *B* ‖ 22 si *B* (*t. Sabb.*) | tamquam *om. B*

dem, sed ὑπερβολικῶς. ideo addidit 'ipsam', quasi quae nimiae pulchritudinis est. 5 *Et* bene 'ipsam', propter quam datur.

2.

232 **1** 1 DI INMORTALES HOMINI HOMO QVID PRAESTAT in hac scaena non stans sed quasi ambulans persona inducitur; *constitit tamen aliquantum intuens spectatores, dum secum loquitur.* exprimit autem parasitum et sub eius uerbis corruptos mores in assentationem ostendit, prorsus ut honestae quoque personae in huiusmodi culpa inuentae sint, ut alibi (*Andr. I 1, 41*) 'obsequium amicos, ueritas' etc. 2 DI INMORTALES hoc iam mire et pro saeculi ac temporum reprehensione satirice Terentius, quod apud eum 'stultum' uocat simplicem parasitus et 'intellegentem' malum. 3 DI INMORTALES admirantis exclamatio est cum parasiti gesticulatione. 4 DI INMORTALES HOMINI H. Q. P. morata narratio a sententia incipi solet, quae dicitur προμύθιον. 5 HOMINI HOMO QVID PRAESTAT alii distinguunt 'quid praestat stulto intellegens', alii 'stulto intellegens quid interest', quia sic ueteres loquebantur.

233 **2** QVID INTEREST hoc admirantis ⟨est⟩ et ideo sic pronuntiandum.

234 **3** 1 CONVENI HODIE ADVENIENS conuenisse non

1 ΥΠΗΡΒΟΛΙΚΩϹ *B*, ***** *T, om. C*, et superat ipsam thaidem *sed* (*in mg.* yperbolicos *m. 2*) *V* | addit *TC* ‖ 2 Et — datur *om. B* ‖ 4 dii *CV* | inmor · *B* | homini h · q · p · *T*, *om. B* ‖ 5 *non* strans *V* | inducitur ⟨sed⟩ *V* ‖ 6 cons*ist*it *V*, cum statim *B* | tam*en V*, *om. C* ‖ 7 et] ut *C* ‖ 8 correptos *C* ‖ 9 culpe *TC* ‖ 10 sint *sscr. V²*, *om. BC* (*T*?) ‖ 11 ueritas etc. *om. BV* | dii *CV* | inmor · *B* | hec *T*, hic *V* | et] ac *B* ‖ 12 ac (*ex* et *corr.*) *C*, et *B* | satirice *ex* -tire *corr. C* ‖ 14 dii *CV* | inmor · *T*, mortales *C*, *om. B* ‖ 15 est *om. B* | immor · *T*, in · *B* | homini homo (h · *T*) quid (q · *C*, p · *T*) praestat (p · *C*, q · *T*) *TCV*, h · q · h · pre · *B* ‖ 16 memorata *C* | *nar*ratio *V*, oratio *TC* ‖ 17 προμυθιον *V*, promithion *BTC* | homo homini *V* | q · p · *T* ‖ 18 quid praestet *V* | intelligens stulto *B* ‖ 19 quia] et *dett.*; *Sabb.* ‖ 20 QVID INTEREST *om. B* | est *add. ed. pr.* ‖ 22 HODIE] h · *BT* | adue · *T*, adueniens ⟨conueniens⟩ *C*, *om. B*

uidisse tantum sed etiam collocutum esse significat. 2 MEI LOCI ATQVE ORDINIS 'loci' ingenuum, 'ordinis' pauperem: illud natalium, hoc fortunae est. 3 *Et* τὸ ἑξῆς 'quendam . . . hominem'.

235 4 1 HAVT INPVRVM dixit non 'prodigum', sed quia hoc ipsum probat, 'non avarum' 'non improbum'. et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere proferamus. 2 ITIDEM PATRIA QVI ABLIGVRIERAT BONA hoc ioculari uultu dicitur. 3 Eleganter ex persona parasiti non culpatur qui comederit bona. 4 ABLIGVRIERAT suauibus escis consumpserat. nam *ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ* est ligurire et *λιγυρόν* Graeci suaue appellant.

236 5 VIDEO SENTVM o quam bene 'uideo', postquam dixit 'conueni' (*v. 3*): et tempus mutauit et uerbum. 2 SENTVM horridum. 3 SENTVM ad horrorem rettulit, SQVALIDVM ad sordes, AEGRVM ad maciem, PANNIS ANNISQVE ⟨OBSITVM⟩ ad uestitum et ad tristitiam. 4 Sed 'pannis et annis' morologiae parasitorum sunt. 5 PANNIS ANNISQVE OBSITVM 'pannis annisque' uel parasitica uernilitate *κατὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον* dictum uel quia Homerus dixit

1 ⟨uenisse et⟩ uidisse *V*, ⟨uenisse⟩ uidisse *C* ‖ 2 MEI — ORDINIS *om. B* | ⟨hinc⟩ atque *V* | a · o · *T* | ingenium *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 3 et τοεξετ *B*, ∗∗∗∗∗ *TCV* ‖ 4 quaedam *B* (*t. Wiss.*), *om. V* ‖ 5 haud *V*, h a ud *C*, h · *T* | inpu · *B*, imp · *T* | impurum ⟨haud impurum⟩ *V* | non *om. TCV* | prodigium *C* ‖ 7 praeferamus *BV* ‖ 8 qui (*ex* quia *corr.*) alleguerat (ier *supra*) *C*, q · a · *T*, *om. B* | BONA *om. BC* | hoc — ABLIGVRIERAT *om. C* ‖ 10 culpatus *T* | qui] quod *B* (*t. Wiss.*) | abligurrierat *B* | ⟨qui⟩ suauibus *V* ‖ 11 ΔΡΟΤΟΥΔΙΡΟΥ *B*, *ἀπό τον λυγυρου ed. pr.*, ∗∗∗ prior *V*, ∗∗∗∗∗ *T*, *om. C* | ligurrire *B*, ligurie *C*, ligurior *V* ‖ 12 ligurion *codd.*, *λυγυρον ed. pr.* ‖ 13 o] horridum *B* | dicitur *C* ‖ 14 mutatum *TC* ‖ 15 sentum ⟨et⟩ horridum *TC*, *om. B* ‖ 16 AEGRVM — uestitum *in mg. V*² | ad manem *T* ‖ 17 OBSITVM] adsitum ⟨et⟩ *L*, *om. BTCV* ‖ 18 morologiae — OBSITVM *om. T* | pan · an · que *B*, annisque pannisque *C* ‖ 19 OBSITVM *om. B* | pannis que *C*, *om. T* | et annis *B*, *om. T* | uel *om. TC* | uernulitate (-tis *T*) *TC* ‖ 20 *κατὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον Sabb.*: iocari ΔΟΜΟΙΟΤΕΧΕΥΤΟΝ *B*, iocari ∗∗∗∗∗ *T*, iocari *C*, uocāti ad ∗∗∗∗∗ *V* | Homerus] homo *codd.*

(*Od. XIX 360*) 'αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι'. 6 *Et* est miseriae senium debitum. unde huic magis tristitia grauitasque displicuit, aliena semper ab hominibus parasitis. 7 ANNISQVE OBSITVM bene addidit 'annis', quia ut quisque miser est, ita senior uidetur. 8 OBSITVM ut 'sentum', 'obsitum' dixit: μεταφορά ab agro.

237 **6** 1 QVID ISTVC INQVAM ORNATI EST scire nos conuenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum, ut si dicatur 'quis hic homo est' (*Phorm. V 9, 2; cf. Eun. IV 4, 9*), si autem non, contemptum significari, ut 'quid hoc est hominis?' (*Eun. III 4, 8*), 'quid mulieris' (*Hec. IV 4, 21*), 'quid ornatus?' (*Eun. III 4, 8*). 2 QVID ISTVC INQVAM ORNATI EST 'ornatus' τῶν μέσων est: ad decus et ad turpitudinem. 3 Vel simpliciter hoc accipe uel εἰρωνικῶς. 4 *Et* 'ornati' ut 'senati' antiquus genetiuus. 5 QVOD HABVI PERDIDI non dixit, id quod erat, 'comedi' aut 'consumpsi'.

238 **7** 1 HEM QVO REDACTVS SVM uel habitum suum uel corpus ostendens hoc dicit. nec quicquam hic nisi media ⟨de⟩ consuetudine collocatum est. 2 OMNES NOTI ME ATQVE AMICI DESERVNT sententiose et mordaciter in mores.

1 ΔΙΨΔΓΔΡЄΝRΔROThTIBPOTO *B*, αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι *M*[4], ***** *TV*, *om. C* ‖ 2 deditum *BTC* | unde] ūri *T* ‖ 3 tristicie *B* | grauitas (*om. T*) tristitiaque *TC* ‖ 4 omnibus *C* (*B t. Wiss.*) | ANNISQVE OBSITVM *om. B* ‖ 5 qui aut *B*, que aut *C* | ut cum (*sscr. m. 2*) *V* | uidere *C* ‖ 6 ut sentum *ed. pr.*: ut senium *BCV*, *om. T* | obsitum *om. T* | MЄΤΔΦΟΡΔ *B*, metaphora (*post* agro *sscr.*) *V*, *** *T*, *om. C* | agro *ed. pr.*: egro (egeo *C*) *codd.* ‖ 7 QVID — INQVAM *om. B* | i · in · o · *T* | scire — ORNATI EST *om. TC* ‖ 9 dicat² *V*, dicat *B*; dicas *ed. pr.*, dicat ⟨quis⟩ *Sabb.* ‖ 10 non *B*, in obliquo *in ras. V*² (*dett.*) ‖ 11 hic *V* ‖ 12 orn*ati* *V* ‖ 13 QVID — EST *om. B* ‖ 14 ornatus *om. C* | ton meson est *B*, tomeson (*sscr.* · i · commune *m. 2*) est *V*, tonmesonem *T*, *** sonem *C* | ḍedecus *V*, dedecus *B* (*t. Wiss.*) ‖ 15 simplex *TC* | hic *V* | uel *om. C* | IЄIONIROC *B*, γρονικὸς *V*, *** *T*, *om. C* ‖ 16 QVOD HABVI *om. B* ‖ 17 PERDIDI] pro · *T* | id] hoc *B* | comodi *C*, *om. T* | aut *sscr. C*, uel *B* ‖ 18 he*m* *V* | re · *B*, r · *T* | suum *om. V* | ostendens uel corpus *B* ‖ 20 de *add. Sabb.* | collatum *V* | OMNES — DESERVNT] noti amici *B* | noti *post* amici *C* | mei *TC* ‖ 21 ATQVE *om. TC* | a · d · *T*

239 8 HIC EGO ILLVM CONTEMPSI hoc est illud 'homo homini quid praestat stulto intellegens?' (*v. 1*).

240 9 1 ITAN PARASTI TE quam obiurganter! tamquam in illo sit, quod miser est. et alibi (*Hec. I 1, 10—12*) 'nam nemo illorum quisquam ad te uenit, quin ita paret sese, ut abs te blanditiis quam minimo pretio suam uoluptatem expleat'. 2 *Et* hoc proprie uerbum ad exprimendam immunitatem et ignauiam factum est. 3 VT SPES NVLLA RELIQVA IN TE SIT sententiose ad illud, quod et Vergilius (*Aen. XI 309*) ait 'ponite spes sibi quisque'. 4 VT SPES NVLLA RELIQVA IN TE SIT TIBI bene, quasi qui rem a fortuna acceperit.

241 10 1 SIMVL CVM RE CONSILIVM AMISISTI Vergilius (*Aen. II 79—80*) 'nec, si miserum fortuna Sinonem finxit, uanum etiam mendacemque improba finget' et Sallustius (*Iug. 1, 3*) 'neque fortuna eget, quippe quae probitatem industriam aliasque artes neque dare neque eripere cuiquam potest'. — 2 *Ergo haec interrogatio increpantis est nec desiderat responsionem.* — nam consilium in hominibus est, res in potestate fortunae. 3 EX EODEM LOCO id est ex eadem fortuna.

242 11 1 QVI COLOR NITOR VESTITVS hoc contra illud quod ait 'video sentum' (*v. 5*). 2 COLOR ad 'sentum', NITOR

1 hic ego il · con · id est *B* ‖ 2 q · p · *T* | stul. *C*, s · *T* | in · *C*, i · *T*, ⟨quid⟩ intelligens *V* ‖ 3 ITAN] itaque *T*, *om. B* | pa · t · quam *T*, parasiti te parasti tanquam *C* | obiurgenter *T*, obiurgantur *B* ‖ 6 ut *om. C* | abs te] a *C*, *om. T* | uoluptatem *V*, uoluntatem *BC* ‖ 7 expleat ⟨abste⟩ *TC* | uerbum proprie *C* ‖ 8 inhumanitatem *ex* immun- *corr. V*[2] ‖ 9 n · in te r · sit *B* | in te sit ⟨tibi⟩ *CV*, i · s · t · *T* ‖ 10 et *om. T* | ait — 13 Vergilius *om. T* ‖ 11 nulla in te reliqua *C*, nul · re · in te *B* ‖ 12 qui rem quasi *B* ‖ 13 consilium cum re *CV*, cum re f · *B* | amisit *C*, a · *B* ‖ 14 f · s · *TCV* | finxit — finget] finxit (f · *T*) n · (m · *T*) e · (etiam *T*) m · i · f · (fin · *C*) *TC*, *om. V* ‖ 15 etiam *om. B* (*t. Sabb.*) | et *om. B* ‖ 16 ege *C*, eget ⟨aut⟩ *V* ‖ 17 artis *V* ‖ 18 increpitantis *T* ‖ 19 hominibus est res *Schoell*: bonis sed (*om. BV*) res (est *add. TC*) *codd.* ‖ 20 EX *om. B* | · i · *in ras. V*[2], *om. B* ‖ 22 QVI *om. B* | ni · ues · *B*, n · u · *T* | hic *TC*, haec (*B t. Wiss.*) | quod ait *om. B* ‖ 23 COLOR ad sentum *om. B* | ad *om. C*

ad ‘squalidum’, VESTITVS ad ‘pannis annisque obsitum’, HABITVDO CORPORIS ad ‘aegrum’.

243 **12** 1 OMNIA HABEO ad ‘quod habui perdidi’ (*v. 6*), NEQVE QVICQVAM HABEO ad ‘mei loci atque ordinis hominem’ (*v. 3*).

242 **11** 3 QVAE HABITVDO EST CORPORIS Plautus in Epidico (*I 1, 10*) ‘corpulentior habere atque habitior’.

243 **12** 2 OMNIA HABEO ad industriam rettulit, NEQVE QVICQVAM HABEO ⟨ad⟩ fortunae culpam. 3 *Et* item denuo ⟨ad⟩ fortunae crimen ‘nihil cum est’, ad suam laudem ‘nihil defit tamen’. 4 OMNIA HABEO NEQVE QVICQVAM HABEO alterutrum horum neutrumue potest cuiuis accidere, utrumque nulli. 5 NIHIL CVM EST NIHIL DEFIT TAMEN figura *κακόζηλον*, ut apud Vergilium (*Aen. XI 695*) ‘sequiturque sequentem’. et Cicero (*Catil. I 8, 21*) ‘cum tacent, clamant’.

244 **13** 1 AT EGO INFELIX NEQVE RIDICVLVS iam transit ad *μιμητικὸν χαρακτῆρα*. 2 AT EGO INFELIX NEQVE RIDICVLVS uehementer inuectus est in tempora et mores poeta sub hac persona, in qua hominem ita inducit paenitere probitatis suae, ut se ‘infelicem’, non ‘honestum’ dicat et non ‘nolo’ sed ‘non possum’.

1 annisque] āmorque *T*, et an · *B* | consitum *C*, ob · *B* ‖ 2 aegrum] *in mg.* refertur *add.* *V*² (= *dett.*) ‖ 3 OMNIA — *p.* 322, 17 habitabant *in mg.* *V*² ‖ 4 HABEO] h · *B* | ordinis ho · *B* ‖ 5 cor · *B*, c · *T* ‖ 7 opulentior *TCV* | habere *BTC*, haberi *V*; uidere *dett. ex Plauto* | habitior] arbitror *T* ‖ 8 omnia h · *B* | industria *C* | retulit *ex* det- *corr.* *T* | nec *T* ‖ 9 habeo *post* culpam *TC*, h · *B* | ad *add. ed. pr.* | item *ex* ita *corr.* *C* | ad *add. Sabb.* | fortunae *om.* *T* ‖ 10 cum est nihil *BV* | ad *om.* *BTC* ‖ 11 desit *TV*, *om.* *B* | n · q · *T* ‖ 12 h · *BT* | horum] hominum *B* | neutrumne *TV* | cuius *codd., corr. Steph.* ‖ 13 desit *BCV*, d · *T* | RAROTON *B*, * * * * *TV*, *om.* *C*; *corr. Sabb.* ‖ 14 ut apud *om.* *B* | uirgilius *B* ‖ 17 n · *B* | r · *BT* | iam *Steph.*: ideo (ĩõ) *codd.*; denuo *Sabb.* ‖ 18 ad — *χαρακτῆρα* *Sabb.*: ΑΠΑΙΜΗΤΙROXARY *B*, * * * * * * *TV*, *om.* *C*; *ἀπο μιμητικού προσ το πρακτικόν* *ed. pr.* | at · e · in · *B*, atque infelix *TC* | n · r · *BT* ‖ 19 ⟨neque⟩ uehementer inuentus *C* ‖ 20 inducāt *C* ‖ 22 uolo *T*

245 **14** 1 QVID TV HIS REBVS CREDIS FIERI dum quis ridetur aut uapulat. 2 TOTA ERRAS VIA *παρόμοιον* per *μεταφοράν*.

246 **15** APVD SAECLVM PRIVS scilicet cum essent tempora meliora.

247 **16** 1 HOC NOVVM EST AVCVPIVM uide quid intersit, cum illum 'quaestum' dicat, hoc 'aucupium': illud de sapientibus, hoc de stultis. 2 INVENI VIAM adeo nouum est aucupium.

248 **17** EST GENVS HOMINVM quia multi sunt huiusmodi, non dixit 'sunt homines' sed 'est genus hominum'.

249 **18** HISCE EGO NON PARO ME VT RIDEANT quia ille dixerat (*v. 13*) 'ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati possum'.

250 **19** 1 SED HIS VLTRO ARRIDEO quid est 'his arrideo'? aut ueluti pareo, *id est obsequi venio*, aut ueluti dictis delector. 2 Atque 'arrideo' non, ut parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus quam ipsi dictis factisue arrideant alienis, hic esse intellegendum etiam ipsa res indicat e contrario; nam quod ait supra 'his ego non paro me, ut rideant', hoc e contrario ostendit, quod sub-

1 QVID TV *om.* *B* | his rebus c̄ · f · *B*, h · r · f · c · *T* | reddetur *TC* ‖ 2 uapulat ⟨sic loqui solet⟩ *V* (*sim. dett.*) | erras u · *T*, e · u · *B* | ΠΑΡΟΜΟΙΟΝ per ΜΕΤΑΦΟΡΑΝ *B*, ******** *TV*, *om.* *C* ‖ 4 apud saeculum *CV*, *om.* *B* | cum essent scilicet *B* ‖ 6 HOC — EST] no · *B* | a · *T*, aucupium ⟨genus (*om. t. Wiss.*) hominum quia multi sunt⟩ *B* (*cf. schol. ad v. 17*) | quod *T* ‖ 7 illum] de illo *V* | dicat *Steph.*: de *codd.* | de] e *TC* ‖ 8 ideo *TCV* ‖ 9 est *om.* *B* | aucu · *B* ‖ 10 HOMINVM] ho · *B* ‖ 11 dicitur *C* ‖ 12 HISCE *om.* *B* | EGO *om.* *BV* | ME *om.* *B* | redeant *C* ‖ 13 ego — possum] nequeo ridi · *B* | esse n · p · p · p · *T* ‖ 15 u · *B* | ar · *T*, a · *B*, *om.* *C* | quid est *om.* *B* ‖ 16 aut — 17 ARRIDEO *om.* *B* | aut *1.* *om.* *C* | obsequi *V*, exequio *TC* | aut *2.* *om.* *TC* | uelut *V* dicas *T* ‖ 17 delecto℞ *C* | parasitus *TC*, -ticis *B* ‖ 18 ut his] quibus *V* | a *om.* *TC* | ⟨potius⟩ quam *V* (*dett.*), qui *B* (*t. Sabb.*, quod *t. Wiss.*) | ipsis *TC* | factisque *TC* ‖ 19 rideant *BC*, ut rideant *T* | alii *TC* | hic] hoc *BCV* ‖ 20 e] et *B* | nam — contrario *om.* *C* | non ego *B*, non *V* ‖ 21 quid *C*

iciatur 'sed his etc.' 3 SED HIS VLTRO 'ultro' uersa uice an prior? 4 An etiam insuper, hoc est ultra? 5 ADMIROR SIMVL plus intulit, quam si 'laudo' dixisset.

251 **20** 1 QVICQVID DICVNT non 'quod dicunt', sed 'quicquid dicunt', id est bene maleue, ut, uel si interclusa fuisset assentatio, non se impediuerit, quod contrarium laudauerit. 2 ID RVRSVM SI NEGANT LAVDO ID QVOQVE praeclare Terentius, quod a satirico de aliis diceretur, id hic de se dicentem inducit, facetius multo, quam si aliter fecisset, *κακολογῶν* mores temporum iam tum uitiatorum per assentationem, quod fere in plerisque fabulis monstrat, ut etiam in Andria (*I 1, 40—41*) 'hoc tempore obsequium amicos, ueritas odium parit' et in Adelphis (*V 9, 29—31*) 'quod te isti facilem et festiuum putant, id non fieri ex uera uita neque adeo ex aequo et iusto, sed ex indulgendo atque assentando et largiendo, Micio'.

252 **21** NEGAT QVIS NEGO bene sic dixit. 'negat' et 'ait' contraria sunt, ut Plautus in Rudente (*V 2, 44*) 'uel tu ais uel negas'.

253 **22** 1 IS QVAESTVS NVNC EST ⟨M.⟩ VBERRIMVS quam

1 sed his etc.] ex (et *C*) subditis (subdtis *T*, subdc̄is *C*) *B T C*, ex dictis *V* | SED *om. B* | hic *T* | ultro *om. B* ‖ 2 id est *B* | ultro *codd., corr. Steph.* ‖ 4 DICVNT] d · *T* | non — dicunt *om. B* | sed quid *B T C* ‖ 5 malene *T C V* | ut *Sabb.*: uel *T*, *om. B C V* | sic *codd., corr. ed. pr.* ‖ 6 impediuit *T V*, -diunt *C*, -diū *B*, *corr. Sabb.* ‖ 7 negat *B C*, n · *T* | laudat *B*, l · *T* | i · q · *T* ‖ 8 praeclare] p̊clar̃ in *C* | terentium *T C* | satyrico *V* ‖ 9 induce *T*, indulsit *B* | multis *T* ‖ 10 fecisset (dixisset *T C*) ⟨sed⟩ *codd., corr. W.* | *κακολογῶν Schoell*: RΔROẎTON *B*, *ἀνϑηκωσ V*, **** *T*, *om. C*; *καϑαπτόμενος Steph.*, *κακίζων Sabb.* | iam conuitiatorum *V* ‖ 11 per assentationem *om. V* | fere] fit *V* ‖ 12 hoc tempore *post* amicos *B*, *om. rell.* ‖ 13 a · u · o · p · *T*, amicos parit etc · *B* | parit] p · *C* ‖ 14 facile in festiuum (-num *C*) *T C* ‖ 15 ex] et *V* | iusto] bono *Ter.* | ex *2. om. T* ‖ 16 atque — Micio] etc · *B* | et *om. V* | initio *T C* ‖ 17 nego quis (quid *T*) nego *T C*, *om. B* | sic *om. B* | dicitur *C* ‖ 18 ut — negas *om. B* | ut *om. V* | tua is *C*, tuas is *T* ‖ 19 aias *et* negas *Plaut.* ‖ 20 IS — EST *om. B* | IS *om. V* | nunc quaestus est ⟨hic⟩ *V* | uberimus *B C*, uberim · *T* | quia mille *C*, quam n̄le *T*

ille 'apud saeclum prius' (*v. 15*) fuerat. 2 *Et* uide quemadmodum inliberalem uitam honestiore nomine primo 'aucupium' (*v. 16*), post etiam 'quaestum' nominauerit ῥωποκάπηλος impudens.

254 **23** SCITVM H. HOMINEM mire Terentius longae orationi interloquia quaedam adhibet, ut fastidium prolixitatis euitet, uelut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem haec loquitur.

255 **24** INTEREALOCI duae partes orationis cum coniunctae unam fecerint, mutant accentum.

256 **25** 1 CONCVRRVNT LAETI MIHI OBVIAM et multos et properos uno uerbo ostendit et ex diuerso ad se festinantes. 2 CVPPEDINARII OMNES Varro Humanarum rerum (*l. IX fr. 1 Mirsch*) 'Numerius Equitius Cuppes' inquit 'et Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. his in exsilium actis bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae eque ea pecunia scalae deum penatium aedificatae sunt. ubi habitabant, locus, ubi uenirent ea, quae uescendi causa in urbem erant allata. itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cuppedinis appellatum'. 3 CVPIDINARII OMNES qui esculenta et poculenta uendunt, a rebus cupidinis *ob alimentum*

1 apud *in mg.* C^1 | saeculum *B V*, sedum *T*, dum (*in mg.* se) *C* | plrius *C*, plus *T* | fuit *B* || 2 inliberaliorem *B*, illiberalem *V* || 3 nominauit *B T* | ῥωποκάπηλος *Rabbow*: POΠOPAPhC *B* (*Lindenbr. ex cod. Cuiac.*), ***** *T V*, *om. C*; ῥωποπώλης *Bentley* || 4 impudens *Rabbow*: inducens *codd.* || 5 H.] hercle *V*, *om. B T C* | HOMINEM] h · *T* | rationi *B T C* || 7 uel *C* | hunc *C*, *B* (*t. Wiss.*) | loquitur haec *T* || 10 concurr̄ · *B*, occurrunt *V*, currunt *T C* | l · mihi o · *T*, *om. B* || 11 proprios *C* || 12 cupedinarii *C V*, cupid- *B T* | o · *T* | uaro *B* || 13 aequitius *V* | cupes *B V*, ruppes *T* || 14 et] in *T* | Manius *Reitzenstein*: c̄ manius *T*, romanius *C*, romanus *B V*; C. Romanius *Sabb.* | Macellus *om. T* | loco *T* || 15 habuerunt] hēre *C*, herueř *T* | exiliis *T C* | bona *post* sunt *V*, *in mg. C* | publicata (*ex* -tis *corr.*) *C*, puplicata *B* || 16 habitant *B* (*t. Wiss.*, *om. t. Sabb.*) | irute *C* | scalendum *C* || 17 penatum *T*, *ex corr.* V^2 | habitant *B* || 18 ubi] unde *V* | uescenda *C* || 19 cupidis *B*, cupidinis *T C* V^1, cupedinis V^2 || 20 appellatur *B* | cupidinari *C*, -rii V^2, cupedinarii V^1 | o · *T* || 21 posculenta *T C* | uendunt *V* | alamentum *C*, alem- *T*

'cupidinarii' appellantur. 4 *Et* ipse subiecit, qui accipiendi sint 'cupidinarii'.

257 **26** 1 LANII qui laniant pecora; unde et lanistae dicti, qui laniandis praesunt gladiatoribus. 2 *Sic et 'macellum' a mactandis pecoribus dictum.* 3 PISCATORES qui recentem piscem praebent. 4 FARTORES qui insicia et farcimina faciunt. 5 CETARII qui cete, *id est magnos pisces,* uenditant et bolonas exercent. 6 CETARII LANII COQVI FARTORES σχῆμα comicum, nam in palliata Romanas res loquitur.

258 **27** 1 QVIBVS ET RE SALVA cum de meo impenderem, ET PERDITA PROFVERIM cum de alieno mantiscinor atque impendo. 2 SAEPE expletivae significationis est.

259 **28** 1 AD CENAM VOCANT utrum ad emendam cenam an uero ad conuiuium? 2 ADVENTVM GRATVLANTVR accusatiuum pro datiuo, pro 'aduentui gratulantur'. 3 *Et* 'aduentus' proprie exspectatorum necessariorumque dicitur.

260 **29** 1 ILLE VBI MISER FAMELICVS VIDET ME hic ostendit, quae res coegerit ad discendum. 2 *Et* simul uide secundum uulgi opinionem loqui parasitum: 'miserum' et 'famelicum', hominem honestis moribus praeditum. 3 ILLE VBI MISER FAMELICVS VIDET ME uide ut senten-

1 cupidinari (di *ex* da *corr.*) *C*, cupedinarii (e *ex* i *corr. m. 2*) *V* | a cupiendis *V* || 2 sint *Sabb.*: sunt *BTC*, *om. V* | cupidinari *C*, cupedinarii (e *ex* i *m. 2*) *V* || 4 dicte *C*, dictis *T*, *om. B* | sic *om. TC* || 5 marcellum *T* || 6 piscem *om. B* || 7 isicia *C*, icitia *T*, iscitia *V* | farcimine *V* | ceterarii *C* | caeta *V*, ceteris *T* | id — pisces *om. B* || 8 uendunt *B* (*t. Wiss.*) | balonas *B* | CETARII *om. C* || 9 la^{c}ntiqoq *C*, laniiqui *T* | far · *B* | σχῆμα *Buecheler*: lhδlδ *B*, **** *TV*, *om. C*; ἁμάρτημα *Sabb.* || 10 nam] *** *B* || 11 QVIBUS ET RE *om. B* | res *TC* | denuo *C* || 12 PROFVERIM *om. B* | alie *TC* | mantiscinor *B*, (c *in ras. m. 2*) *V* (mat- *dett.*), mantissinor *T*, ***** *C* || 14 *lemma om. B* | cenam emendam *B* || 15 conuitum *T* | congratulantur *TC*, *om. B* | accusatiuum — datiuo *om. B*, — gratulantur *om. C* || 16 ⟨casum⟩ pro *V* | aduentu *B* | gratulantur *om. B* || 17 expectator *C*, -ati *V*, -acio *T* | -que *om. TC* || 18 ubi ille miser *C*, *om. B* | m · f · u · m · *T* | ME *om. B* || 19 cogerit *T* | et simul] ut *TC* || 20 opinionem uulgi *C* | parasitum loqui *B* || 22 m · f · u · m · (me *B*) *BT* | famel · *C*

tiose demonstret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum praeualentibus: ‘uidet’ mihi hoc prodesse et discere optat, quod negabat se posse. 4 TANTO HONORE quia ‘concurrunt’ (*v. 25*), ‘salutant’ (*v. 28*). 5 FAMELICVS a fame et edendo dictum est quasi f a m e d i c u s.

261 **30** 1 TAM FACILE VICTVM QVAERERE quia ‘ad cenam uocant’ (*v. 28*). 2 IBI pro tunc. 3 HOMO mire addidit ‘homo’. 4 Aut additum superuacuo ‘homo’, ut (*Verg. Aen. V 262*) ‘donat habere uiro decus et tutamen in armis’.

262 **31** 1 VT SIBI LICERET DISCERE quasi disciplinam aut artem: tantum auctoritatis criminum felicitas sumpsit. 2 DISCERE ID DE ME magis ‘de illo’ et ‘de me’ ueteres dicebant quam, ut nos dicimus, ‘a me’ aut ‘ab illo’. 3 SECTARI IVSSI proprie, nam et s e c t a e philosophorum ab hoc significatu dictae sunt.

263 **32** EX IPSIS philosophis scilicet.

264 **33** 1 EX IPSIS VOCABVLA ut Pythagorica, Platonica.

2 Hoc igitur non est consequens ad id quod uult dicere; nisi forte ‘disciplinam’ pro discipulis posuit. 3 VOCABVLA non hoc intulit quod coeperat dicere; nisi forte ‘disciplinam’ pro discipulis accipimus.

1 contagine *C* ‖ 2 paruum *T*, pranum *C* | perualentibus *C* | uidit *T* | mihi] nihil *C*, me *B V* | hic *V* | prodes*se V*, prodest *TC* ‖ 3 se ⟨pati⟩ posse *B* ‖ 4 quod *B* | accurrunt *B*, concurrere *TC* ‖ 5 ⟨famelicus⟩ a *V* | fame ⟨dictum⟩ *B* | et ⟨de⟩ *codd., corr. ed. pr.*; et ab *Sabb.* | edente *C*, cdemtis *T* | famelicus (-ellicus *T*) *TC V*¹, famedicus *V*² ‖ 6 metum quaerere *C*, u · q · *T*, *om. B* | quod *B* ‖ 7 pro *om. B* | HOMO *om. B* | addit *TC* ‖ 8 additum *om. B* | superuacuum *B*, -cue *V* | uirum *B* ‖ 11 VT — LICERET *om. B* | VT] et *V* | DISCERE *om. T* | aut] et *B* ‖ 12 tante *B*, tamen *T* | *cri*minum *V* | facilitas *T*, felicitatis *V* | supersit *C* ‖ 13 DISCERE ID *om. B* | ID DE ME] id est *TC* | de me et de illo *C* ‖ 14 quam ut] quam *TC*, *om. B* | ⟨aut⟩ a me *B* | ut ab illo *T* ‖ 15 septari *T* | ius · *B*, i · *T* | nam *om. B* ‖ 16 significatu *Schoell*: signo^to *V* (significato *dett.*), -nificat *TC*, -nificanter (*in* -cari *corr.*) *B* ‖ 17 EX] ab *TC* ‖ 18 EX — Platonica *om. B* | pythagorea *TV*, pictagorea *C*, *corr. ed. pr.* ‖ 19 non] nunc *T*, *om. B* | ⟨ut⟩ ad id *B* ‖ 20 disciplin*am V*, -ne *B* | pro disciplinis *C* | posuerit *V* ‖ 21 VOCABVLA — accipimus *om. TC*

265 **34** 1 VIDEN OTIVM ET CIBVS QVID FACIAT ALIENVS rursus Parmeno et facetias dicit et distinguit longiloquium parasiti. 2 QVID FACIAT legitur 'quid facit', ut sit figura per modos pro 'quid faciat'.

266 **35** 1 HANC DEDVCERE proprie, nam d u c i t u r quis ad supplicium, d e d u c i t u r in laetitiam. 2 ET ROGARE AD CENAM uide parasitum optare Thaidem ad cenam uocari quam munus accipere.

267 **36** THAIDIS legitur et 'Thainis'.

268 **37** 1 SALVA RES EST quia et 'ante ostium' et 'tristem uideo', 'salva res est'. nec hoc ualet ad laetitiam, quod Parmeno est, sed quod 'riualis seruus'. 2 SALVA RES EST prouerbialiter.

269 **38** 1 NEBVLONEM uel furem quia n e b u l a s obiciat, uel mollem ut n e b u l a m, uel inanem ac uanum, ut n e b u l a est. 2 HISCE pro 'hi' uetuste, *Vergilius* (*Ecl. III 102*) '*his certe — neque amor causa est — vix ossibus haerent*', quia 'hice' debebat dicere. 3 HISCE HOC MVNERE ARBITRANTVR non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus nouerit consilium meretricis.

271 **40** 1 SVMMVM ἔλλειψις. 2 SVMMVM SVVM INPERTIT haec tota locutio parasiticae elegantiae et simul εἰρωniae

1 o · *B* | ET — ALIENVS] etc · *B* | cibi *C* | faciant *C* || 2 *rursus V*, et rursus *C* | et *1.*] quia *T* | dicit *om. B* | distinguit] distringit *Sabb.* | longiquium *C* || 3 parasiti *post* FACIAT *C* || 4 pro] per *TC* | quos *T* || 5 ducere *T*, (*ante* HANC) *C* || 6 in] ad *B* (in *ssscr.*) | rogari *C* | ce · *B*, c · *T* || 7 uide — cenam] uide parasitum optare potius ad cenam thaidem *in mg. V*² (= *dett.*), *om. BTCV*¹ || 8 capere *V*, *om. B* || 9 thais (di *sscr.*) *C* | legitur *post* Thainis *TCV* | thaiinis *B*, thaimis *C*, thanus *T*, thais *V* || 11 delitiam *C* || 12 sal · r · est *B* || 14 quia] qui *TCV* || 15 ut nebulam *om. C* | ac] uel *B*, et *V* || 16 est *om. B* | uestute *T* | his] hisce *B*, hisce *V* || 17 causae *V* | est *om. BV* | n · o · h · *V*, u · c · b · *TC* || 18 quia *in ras. V*² | hice debebat *Hagen*: hi cendebant *B*, hisce debebat *in ras. V*², hisce uolebant *TC* | HISCE *om. C* | mu · *B* | ar · *BT* || 20 penitus] merito *C* || 21 ЄΔΔΙΨΙC *B*, elipsis *V*², * * * * *TC* | impertit *C*, impartit *V*, in · *T* || 22 tota *ed. pr.*: orta *BTC*, (*post* locutio) *V* | IPOnie *B*, et pruine *C*, et pume *T*, ironiae *V*²

plena est. nam et plurimam dicit ei salutem, quem ne exiguam quidem uelit continere, ⟨et⟩ 'summum' dicit eum, qui nec levis amicus sit sibi, et 'Parmenonem Gnatho', non 'te ego'. 3 SVMMVM SVVM quam uenuste, quod summum amicum non resalutet Parmeno! 4 QVID AGITVR pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur, ut (*Ad. V 5, 4*) 'o noster, quid fit? quid agitur?' 5 QVID AGITVR STATVR pro 'quid agis? sto'. 6 *Et* facete 'statur', nam stat, cui ingredi non licet.

272 41 AT NVMQVID ALIVD uirginem. hic de illo respondit et ideo repetit dictum Gnatho.

273 42 1 QVI DVM interrogat interrogantem, ne ipse respondeat. 2 NIHIL QVIDEM dicens 'nihil' mutauit uultum Parmeno in laetitiam. ideo illi facete Gnatho hoc ipsum agenti 'ne sis' dixit, ut probaret tristem fuisse. 3 NIHIL EQVIDEM pro non. infra (*IV 5, 9*) 'nihil dixit, ut sequerere sese?'

274 43 1 HOC TIBI MANCIPIVM *ταπείνωσις τῷ ἀστεϊσμῷ*: 'mancipium' dicit puellam aut uirginem. 2 NON MALVM HERCLE inimica laudatio. 3 VRO HOMINEM sibi hoc gestu et uultu parasitico dicit. 4 *Et* 'uro' pro eo quod est dolere cogo. 5 VT FALSVS ANIMI EST similiter et

1 et *om. B* | ei — dicit *om. C* | quem] qui *TV* | nec *TC* || 2 et *add. Steph.* | eum] enim *V* || 3 ibi *TC*, (*post* et) *B* | Gnatho] noto *codd.* | non] noti *C* || 4 quem *T* | uetuste *C* || 5 ⟨suum⟩ amicum *V* | resultat *TC* | Parmeno *om. B* || 6 interiectione *C* | *nunc V* || 7 o noster quid fit *in ras. V²* | QVID AGITVR *om. BC* || 8 facete (te *m. 2*) *V* | statur *om. BV* || 9 nam statur *V*, *om. TC* | cum *V* | liceat *V* || 10 ALIVD] a· *T* | uirginem] cum iurgio *in ras. V²*; iurgium *Sabb.* || 11 reperit (-tur *T*) dictum *TC*, dictum repetit *B* || 12 quid dum *TV* | interrogantem (-gationem *T*) interrogat *TC* || 13 quidem (e *m. 2*) *V*, *om. B* | multauit *B* | multum *BTC* | ill*i V* || 15 scis *T*, scis *V* || 16 et quidem (et *V*) *codd.* | nihil *om. V* || 18 HOC TIBI *om. B* | man· *T* | TⲁmNω-CICTωⲁCTω *B*, ****** *TV*, *om. C*; *τῷ ἀστεϊσμῷ Sabb.* || 19 dixit C | ⟨in (in *V*)⟩ puellam *BV* | aut *in ras. V²* | NON] haut *B* || 20 hercule *B*, her· *T* | HOMINEM *et* hoc *om. B* || 21 parasito *C* | Et *om. B* || 22 dolere *B* (*t. Wiss.*), dolore *rell.* (*Sabb.*, *Bentl.*) | cogo] coquo *Sabb.*, ango *Bentley* | ANIMI] a· *BT* | EST] g· *T* | et] q₂ *C*

Parmeno secum seruili gestu. 6 *Et* 'animi' pro 'animo': ἀντίπτωσις ueterum, qui 'ingens uirium' (*Sall. Hist. III fr. 91 M.*), 'diues opum' (*Verg. Aen. I 14*), 'abundans ⟨lactis' (*Verg. Ecl. II 20*) solebant⟩ dicere. 7 VT FALSVS ANIMI EST ex hoc 'falsus animi est', quod putat huiusmodi munere capi posse Thaidem.

275 **44** QVAM HOC MVNVS GRATVM THAIDI mire insultat Gnatho: quanto enim gratum munus fuerit, tanto erit riualis exclusior.

276 **45** OMNIVM RERVM HEVS VICISSITVDO EST uide locum, in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, nisi commissa seruaret et celaret Thaidis consilium.

277 **46** 1 SEX EGO TOTOS PARMENO HOS TE MENSES QVIETVM REDDAM quid est 'totos'? an diebus et noctibus, utpote amatoris seruum, ac per hoc sine ulla cessatione et intermissione? 2 HOS MENSES qui nunc aguntur, id est hoc tempore. 3 QVIETVM REDDAM facete, quasi hoc ipse fecerit. 4 *Et* hoc est quod ait (*v. 39—40*) 'summum suum impertit Gnatho Parmenonem', tamquam amico consulat.

278 **47** NE SVRSVM DEORSVM CVRSITES quod est laboris, NEQVE VSQVE AD LVCEM VIGILES quod est exitii.

1 seruiliter *BTV*, similiter *C* | gestui *T*, gesta *B* (*t. Wiss.*) ‖ 2 ΑΝΤΙΖΙΩCIC *B*, ***** *TV*, *om. C* | ingens^{es} (es *m. 2*) *V* | ⟨qui⟩ diues *V*, diues ⟨es⟩ *TC* | ⟨qui⟩ opum *V* | habundant *BV*, -dat *TC*, *corr. Sabb.* ‖ 4 lactis solebant *add. Sabb.* | *lemma om. B* | ut *sscr.* V^2 | et hic *V*, e ex hoc *T* ‖ 5 putant *BV* | posset *TC* ‖ 7 m · gra · t · *B*, m · g · t · *T*, munus thaidi gratum *C* | THAIDI *om. V* ‖ 8 quantum *TC* | gratum *BTC*, -tior *V*; -tius *Sabb.* | minus *T* ‖ 10 OMNIVM — HEVS *om. B* | h · u · e · *T* | EST *om. B* | inde *C* ‖ 11 in quo] unde *C* | dolor] dolo et *T* | parmeno his (is *C*) *TC* ‖ 12 seruaret *ex* -rat *corr. T* | consilium thaidis *TC* ‖ 13 SEX — est *om. B* | PARMENO — totos *om. T* | HOS TE *Sabb.*: hosce *C*, hosce te *V* ‖ 14 REDDAM *om. C* | an — noctibus] id est noctes et dies *B* | utpote — MENSES *om. B* ‖ 15 ac *Steph.*: an *V*, an *rell.* | sine ulla] nulla *C* ‖ 16 hos *V* | nunc (*ex* nunquam *corr.*) *V*, in his mensibus *B* ‖ 17 id est — QVIETVM *om. B* | REDDAM] re · *T* ‖ 18 Et *om. V* | hec *T* ‖ 19 suum] s · *B* | impertit (impartit *V*) gnato parmenonem *CV*, i · p · g · p · *T*, im · g · s · *B* | consultat *T* ‖ 20 s · *B* | de · *B*, d · *T* | c · *T* ‖ 21 ne usque *C*, *om. B* | lu · *B* | u · *T*

279 **48** SIC SOLEO AMICOS hoc *ἐλλειπτικῶς*.

280 **49** 1 DETINEO TE valde teneo. 2 FORTASSE TV PROFECTVS ALIO FVERAS uult exprimere confessionem, quod ad Thaidem uenerit, sed intrare non possit.

281 **50** 1 PAVLVLVM DA MIHI OPERAE hoc quasi supplicantis uultu ad irrisionem dicitur. 2 PAVLVLVM DA MIHI OPERAE proprie sic dicitur a d i u u a m e. sic in Adelphis (*IV 1, 14*) 'haec opera ut data sit'.

282 **51** 1 AGE MODO NVNC TIBI PATENT HAE FORES ex eo, quantum licere oportuit, ostendit, quam misere nihil illic liceat Parmenoni. 2 QVIA ISTAM DVCIS hoc quasi ad Gnathonem, sed lente ac sub lingua murmurat.

283 **52** 1 NVMQVEM EVOCARI HINC VIS FORAS quia ipse intrare non potest. 2 SINE BIDVVM HOC PRAETEREAT et hoc lentius; nam si aliter pronuntiaueris, secreta produntur.

284 **53** 1 QVI MIHI NVNC 'mihi' *τῷ ἀττικισμῷ* dictum est. 2 FORTVNATVS ut ipse uideris tibi.

285 **54** 1 NE TV ISTAS FAXO 'ne' ualde. 2 NE TV ISTAS FAXO CALCIBVS SAEPE INSVLTABIS FRVSTRA noua locutio

1 SIC — *ἐλλειπτικῶς om. B* | a · *T* | *ἐλλειπτικῶς W.*: est amicos *TC*, est *eunuchos V* (*dett.*); *εἰρωνικῶς Steph.*, est 'beare': ironicos *Sabb. Cf. Schlee p. 100, 5* ‖ 2 detine *T* | TE *om. B* | FORTASSE] profecto *TC* | TV — FVERAS] etc · *B* | tu ⟨tu⟩ *T* | profecturus *TV* ‖ 3 a · f · *T*, alio consueueras *C* ‖ 4 *sed V* ‖ 5 PAVLVLVM — MIHI *om. B* | o · *T* ‖ 6 uult *C* | inrisionem *V* | pau · *B* | DA] de *T* | mihi o · *B*, m · o · *T* ‖ 7 dicitur ⟨pro⟩? adiuue *B* | sic — sit *om. B* ‖ 8 haec] hisce *Ter.* ‖ 9 NVNC *om. B V* | tibi patent he fores *C*, tibi p · h · f · *T*, hae tibi patent fores *V*, etc · *B* ‖ 10 licere *om. B* | ostendit *sscr. B* | miserere (misir- *B*) *BV* | nihil] michi *T* | illic *Rabbow*: illi *codd.* ‖ 11 d · hoc ⟨****⟩ *T* ‖ 13 numquam *BT* | EVOCARI] me uocari *C*, me u · *T* | huic uis foras *C*, h · u · f · *T*, *om. B* ‖ 14 introire *T* | biduum h · p · *T*, hoc praetereat biduum *V* ‖ 15 nam *om. T* | pronuntiaueri$\overset{t}{s}$ (*corr. m. 2.*) *V* | producuntur *C* ‖ 16 quid *B* | NVNC] m · hunc *T*, in hunc *C* | mihi *sscr. C*, uno digitulo fores ostium *V* | TOΔTTIRICΔIω *B*, ***** *T*, *om. CV* | est *om. V* ‖ 18 ne tu ips$\overset{t}{a}$s faxo *V*, ne tu saxo *C*, ne tu f · *T*, *om. B* | ips$\overset{t}{a}$s *V*, i · *T* ‖ 19 f · t · s · i · f · *T*, etc · *B* | FAXO] e saxo *C* | FRVSTRA *om. C* | noua — insultabis *om. TC* | elocutio *B* (*t. Wiss.*)

'calcibus insultabis fores'. Sallustius (*Hist. II fr. 23 M.*) 'multos tamen ab adulescentia bonos insultauit'. 3 NE TV ISTAS FAXO CALCIBVS mira loquentia, in qua utraque ὑπερβολή expressissima est; nam neque 'uno digitulo' minus aliquid dici potest neque 'calcibus saepe insultabis' aut amplius aut ingentius.

286 **55** 1 NVMNAM HIC 'nam' abundat, ut quidnam. 2 RELICTVS CVSTOS bene 'relictus', quasi ab expulso.

287 **56** 1 NE QVIS FORTE INTERNVNTIVS proprie 'internuntius'. 2 NE QVIS FORTE INTERNVNTIVS CLAM A MILITE ETC. et hoc facete, quasi ipse sibi totam Thaidem uindicauerit, quod miles facit.

288 **57** 1 FACETE DICTVM εἰρωνικῶς, quia infacete. 2 MIRA VERO MILITI QVAE PLACEANT 'mira' pro 'mirum'. Vergilius (*Aen. I 669*) 'nota tibi'. et est ironia: quid mirum est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat?

3 Potest tamen et pluraliter intellegi.

289 **58** SED VIDEO ERILEM FILIVM non potest Terentius τρόφιμον dicere et ideo 'erilem filium' dicit.

290 **59** 1 MIROR QVID EX PIRAEO ABIERIT hic causa ostenditur, cur possit ignotus esse uicinis et pro eunucho fingi.

1 fores *om.* *T* ‖ 2 ab *om.* *C* ‖ 3 ISTAS — CALCIBVS] istas calcibus *C*, is · f · cal · *B*, i · f · c · *T* | eloquentia *BCV* | yperbole BCV^2, iperbole *T* ‖ 4 expressissima est V^2 | nam quid uno *V*, nam nosque *** *T*, *om.* *B* | minus] nimis *C* ‖ 5 ⟨et⟩ insultabis (-it *T*) *BTCV*, *corr. dett.* | aut] et *V* ‖ 6 ingenti^{us} (us *m. 2*) *V* ‖ 7 HIC *om.* *B* | aut quodnam *V* ‖ 8 RELICTVS CVSTOS *om.* *B* ‖ 9 *lemma om.* *B* | internuntius *V* | *ante* proprie *add. ed. pr.*: et his uerbis datur intelligi parasitum e domo meretricia egredi ‖ 10 NE — ETC.] clam *B* | nuntius *TC* | ETC. *Sabb.*: exeat *TCV* ‖ 11 et] in *T* | thaidem totam sibi *B* ‖ 12 facit *om.* *B* ‖ 13 facite *T* | IPONROC *B*, ironicos V^2, **** *T*, *om.* *C* ‖ 14 MIRA — PLACEANT *om.* *B* | placent *TC* ‖ 15 Vergilius — placeat *om.* *B* | yronia *CV* | quod *V*, *om.* *T* | est *om.* *C* ‖ 16 placet *V* ‖ 18 uideo^{n} *V* | herilem *CV*, h · *B*, e · *T* | filum *C*, f · *BT* ‖ 19 throphimon *B*, trophimon *V*, triphimon *TC* | di⟨cere et (*in mg. m. 2*)⟩ *ideo* *V* | et *om.* *B* | herilem *codd.* | dicit *in ras.* V^2, d · *B*, *om.* *TC* ‖ 20 MIROR *om.* *B* | quod *V*, quid est *T*, *om.* *B* | pireo *BCV*, p · *T* | ab · *B*, a · *T* | hac *B* ‖ 21 ignotus *V* | esse uicinis (*ex* uirginis *corr.*) *V*, uicinis esse *B*

2 MIROR pro ‘nescio’. 3 MIROR QVID EX PIRAEO ABIERIT ut ex Piraeo discederet, symbola amicorum, ut huc perueniret omisso negotio, conspectus uirginis fecit. 4 NAM IBI CVSTOS PVBLICE aduersus praedonum incursus illic excubabat iuuentus Attica. 5 Piraeeum, ut Sunium, est Atticae maritimae accessus litoris clementior. 6 PVBLICE EST NVNC ⟨‘nunc’⟩ ambigua distinctione positum est.

291 **60** 1 ET PROPERANS VENIT mire locuturum ante formauit, ut gestus uerba praecedant, uerba habitum consequantur. 2 NON TEMERE EST hinc illa Vergilius (*Aen. IX 375*) ‘haut temere est uisum. c. ab agmine V.’

3.

292 **1** 1 OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM in hac scaena nouus amor adhuc ephebi et consilium dehonestandae uirginis ostenditur tanta uirtute poetae comici, ut hoc commentum non quaesitum esse sed occurrisse sua sponte uideatur.

1 quod *B*, q · *T* | pirreo *B*, pireo *CV*, p · *T* ‖ 2 a · *T* | ut — 4 IBI *om. B* | pireo *TCV* | dessenderat *T* | simbola *C* ‖ 4 incursus (in *ex* ex *corr.*) *B* ‖ 5 excubat *B* | pireum *CV*, pirereum *BT* ‖ 6 summum *codd.* | attice *B*, atice *T*, athicę *C* | maritimae *W.*: maritima et *codd.*; *cf. Andr. V 4, 27* | accessus litoris *W.* (*cf. Eun. III 3, 13*): accessulitoris *V*, actes sultioris (-ris *ex* -res *corr.*) *T*, artes stultioris *C* | dementior *TC*, eleuatur (*in mg.* uel pars clementior *m. 2 = dett.*) *V* ‖ 7 nunc *add. Steph.* ‖ 9 elocuturum *C* | ante *in ras.* V^2 ‖ 10 gestu *TC* ‖ 11 NON — Vergilius] hinc (huic *C*, hic *B*) multa uirgilius (-*ius V*) nunc (n*on V*) temere est (ut *add. BV*); *corr. Sabb.* ‖ 12 haut (aut *C*, ha*ud V*) temere est *BCV*, *om. T* | uisus *T* | c · ab] c · a · b · *B*, e · a · b · *V*, e · ad *T*, e de *C* | agmine ⟨a ·⟩ *BV* | V. *om. TC* ‖ 13 neque u · est u · *T*, *om. B* | cena *B* ‖ 14 dehonestandae *Schoell* (*W.*): demonstrandae *codd.* ‖ 15 ostenditur *B*, demonstratur *rell.* | tanta] ita *V* | uirtute poeta et amici in hoc *TC*, ″uirtute comica ″*ut in hoc V* | huic *B* ‖ 16 commentum *ed. pr.*: communem (coūēʒ *C*) tum *TC*, conuentum *in ras.* V^2, con ⟨moneretum *in mg.*⟩ *B* | questum *BCV* | esse ⟨* * *⟩ *T* | occursione *C*

2 OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM quid dicere debebat aliud properans et circumspiciens, nisi quod dixit 'occidi'?

293 2 NEQVE EGO QVI ILLAM E CONSPECTV AMISI MEO amatorie, dum illam non inuenit et se perdidit.

292 1 3 OCCIDI produc mediam syllabam huius uerbi et contrarium significat.

294 3 1 VBI QVAERAM hoc circumspectantis est. 2 VBI INVESTIGEM plus intulit. 3 QVEM PERCONTER hoc iterum plus intulit, nam ubi nec uestigium reperietur, superest interrogatio. 4 QVAM INSISTAM VIAM si nec quem interroget apparet. 5 QVAM INSISTAM VIAM legitur et 'qua uia'.

295 4 VBI VBI EST DIV CELARI NON POTEST ob nimiam scilicet formae gratiam.

296 5 1 O FACIEM PVLCHRAM 'faciem' modo non partem corporis dicit sed totam speciem, quae apparet et cernitur. Vergilius (*Aen. V 767—68*) 'quibus aspera quondam uisa maris facies'. 2 DELEO OMNES DEHINC EX ANIMO MVLIERES πρὸς τὸ πιθανόν argumentatus est, ut ostenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse. sic et alibi (*III 5, 18—19*) 'cum

1 neque est usquam (*om.* VIRGO) *C*, n·c·u· *T*, etc. *B* | quid — occidi *om. B* | quid] quae *C*, *non* ⟨habuit quod (*in mg. m. 2*)⟩ *V* (= *dett.*) | debebat *LD*, debeat *rell.* ‖ 2 dixit V^2(*dett.*), iddem *TC* ‖ 3 NEQVE EGO *om. B* | q·i· *T* | E — MEO] etc· *B* | E *om. V* | CONSPECTV *om. T* | amisi in eo *C*, am· *T* | amatoris *T* ‖ 4 euenit *C* ‖ 5 uerbi huius *CV* ‖ 7 est] et *T*, *om. B* ‖ 8 quem per· *T* | hoc — 11 apparet *om. T* | hic *V* | iterum *om. CV* ‖ 9 intulit] iterum *V* | reperiretur *codd.*, *corr. Sabb.* | superest (*in mg.* uel superauerat) *V* ‖ 10 QVAM — 11 INSISTAM *om. B* | qua insistam uia *V* | si — INSISTAM *om. V* | si nec quem *ed. pr.*: siue qui *C*, siue quem *dett.* ‖ 11 quam ins·u· *T* | legitur *dett.*: siue legitur *T*, siue *C*, uel *B* | et] in *TC*, *om. B* | qua *om. B* ‖ 12 VBI VBI EST DIV *om. B* | d·c·n·p· *T* | ob minnam scilicet *T*, ob nimie *B* ‖ 13 ferme *C* | gloriam *TCV* ‖ 14 O — PVLCHRAM *om. B* | p· *T* | faciem *om. V* | partis ⟨in⟩ *T* ‖ 15 dicit *om. TCV* ‖ 16 Vergilius *om. TC* | condam *C* ‖ 17 u· (*ex* n *corr.* V^2) m·f· *TCV* | delebo *TC* | omnes *post* dehinc *V*, *om. BTC* | DEHINC] de·h· *T*, de *B* ‖ 18 a· *T* | mu· *B*, m· *T* | ΠΡΟCΤΟΤΙΦΔ non *B*, ***** non *V*, non *TC* ‖ 19 ostendent ⟨****⟩ nuc grandem *T* | et iam *V*, de *C* ‖ 20 non *om. B* | et *sscr. C*

me ipsum ⟨noris⟩ quam elegans formarum spectator siem? in hac commotus sum'.

297 **6** 1 TAEDET COTIDIANARVM HARVM FORMARVM hoc est leuium et usitatarum. et est huic contrarium 'noua figura oris. — papae!' (*v. 26*). 2 ECCE AVTEM ALTER sic dicimus, cum propter alterum de altero uenit in mentem.

298 **7** 1 NESCIO QVID DE AMORE LOQVITVR ut iamdudum Phaedria loquebatur. 2 O INFORTVNATVM SENEM hoc dicto praestruxit ad exitum fabulae [ad *καταστροφήν*]; nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciam Pythiae et indicium Parmenonis, atque ita firmabuntur nuptiae uirginis, quam ducet Chaerea.

299 **8** 1 HIC VERO EST utrum senex an Chaerea? sed senex potius. 2 HIC VERO EST senex. 3 QVI S. OCCEP. Chaerea.

301 **10** 1 ILLVM ALTERVM PRAEVT HVIVS RABIES 'prae' ex c o m p a r a t i o n e significat. ergo 'praeut' proprie; et est integra locutio. 2 *Et* ordo: praeut illa sunt, ⟨quae⟩ huius rabies dabit. 3 *Et* bene 'dabit' quasi de re uiolenta, ut (*Verg. Aen. XII 453*) 'dabit ille ruinam a.'

1 quam] tam *TCV* | spectator (*ante* formarum) *BC*, specta^{o} *T* | siem] si est *TC* ‖ 2 in — sum *om. B* | comm*otus V* ‖ 3 TAEDET *om. B* | quotidianarum *V* | HARVM — est *om. B* | HARVM *om. T* ‖ 4 usitarum *C* | et est] est quippe *dett.* | contrarium huic *TC* ‖ 5 oris] erit *T* | papae] pp *C* | ALTER] a · *T*, alterum *V*, *Ter.* ‖ 6 alterum *om. C* | in] si *T* ‖ 7 NESCIO QVID] nescio q · *T*, *om. B* | d · a · l · *T* ‖ 8 o] Q *T* | fortunatum *B*, (*sscr.* in *m. 2*) *V* ‖ 9 p^{e}struxit *C* | ad — nam] ad Katastrophen *B*, ad catastrophmam (-fmam *T*) *TC*, ad catastritophanam *V*; *secl. Sabb. Fort. ex altero commento irrepserunt* ‖ 10 ⟨et⟩ ingreditur *C* | senem *TC* | phicie *B* ‖ 11 ut i*ndicium V* | infirmabuntur *TC*; confirmabuntur *Sabb.* ‖ 12 ducit *C* ‖ 13 sed ⟨hic⟩ *C* ‖ 14 hic senex uero et *B* | est *in ras. V*^{2}, et *C* | QVI] quod *B* (*t. Sabb.* | S. OCCEP.] socer *codd.*, *corr. Sabb.* ‖ 16 alter *BC* | prout huius rabie *C*, p · u · h · r · *T* ‖ 17 significet *BTC*, -c^{a}et *V* | praeut proprie (*vel* prope, propie) *dett.*: pre proprie ut *BT*, prae pp ut *C*, pre pro pre ut *V* | est et *V* ‖ 18 quae *add. Steph.* ‖ 20 dabit *om. C* | ut dabit ille ruinam (r · *V*) a · *BV*, R · P^{11} ⁄ A · *C*, ka *T*

4 PRAEVT HVIVS RABIES hic ex parte χαρακτηρισμός quidam est personae Chaereae, quem moribus conicit seruus ardentiorem amore fieri posse, simul coeperit. 5 PRAEVT HVIVS RABIES QVAE DABIT et hic ostenditur iampridem motus in res uenerias Chaerea, et magna poetae cura est, ne incredibile uideatur adulescentulum, qui pro eunucho deduci potuerit, tam expedite uirginem uitiasse. quocirca artifex summus quod aetati non potest, naturae attribuit Chaereae, ut calidior ingenio et ante annos amator non libidinem in sese sed quandam rabiem designauerit in uenerios appetitus.

302 **11** 1 VT ILLVM 'ut' pro utinam. 2 DI DEAEQVE OMNES SENIVM PERDANT plus dixit 'senium' quam 'senem'. nec mireris post 'senium' 'qui' additum, non 'quod', ideo quia declinationem ad intellectum rettulit, ut alibi (*prol. 32*) 'in Eunuchum suam'. 3 *Et* senex ad aetatem refertur, senium ad conuitium. sic Lucilius (*l. XV fr. 4 M.*) '†ast, ait, quid iam te, senium atque insulse sophista?'

1 rabiem *BC*, et abies *T* | hoc *ex* hic *corr. V* | expertis *T* | χαρακτηρισμός quidam est *W.*: characteris (carapt- *T*) istius quidam (-em *BCV*) est *codd.*; characteris inseritur quod deest *Rabbow* || 2 con*ii*cit *V*, conuicit *TC* || 3 (in) amore *ed. pr.*: amorem *BTC*, amatorem *V* || 4 ra · da · (*om.* QVAE) *B*, rabies (*ex* -em *corr.*) ⟨hic expertis carapteris istud quidem⟩ q · d · *T* (*cf. supra*) | iampridem *om. V* || 5 uenereas *V*, uarias *T*, ueras *C* | cheream *BC*, chereae *V* | magnam *B* | poeta *C*, poetis *T*, ⟨ex⟩ poete ⟨partem⟩ *B* || 7 iam *C* | intrasse *C* || 8 naturae *V*, mature *rell.* || 9 cherea *C*, cheram *T* | callidior *codd., corr. Steph.* | et ante *C*, praeter *V* || 10 in] ut *B* || 11 uenereos *CV* || 12 ut pro] pro *BTC* | DI — PERDANT] dii d · q · o · senium p · *T*, *om. B* | dii *CV* || 13 dicitur *C* | senem ⟨perdant⟩ *B* || 14 nec] quam *C* | miseris *TC* | qui] p̣ *TC*, quod *B* (*t. Wiss.*) | quod *om. B* || 15 ideo] omnino (uel ideo *sscr.*) *V* || 17 senium *ex* senex *corr. C* | conuiuum *C*, -ium *T* | lucilium *B* || 18 ast ait quid iam *Schoell*: at sait (aes ait *V*, at ait *TC*) quidam (q̄dam *B*, quidem *T*, quid*em V*) *codd.*; atqui dei male *L. Mueller* | the *BTC*, te *in ras. V*² | senium *in ras. V*² | atqui *B* | insule *BTC* | sophista *C*, sophistica *T*, sosista *B*, hospita *in ras. V*²

4 REMORATVS EST a remora pisciculo, qui ἐχεναΐς uocatur, remoratio et remoratus dicitur.

303 **12** 1 TVM AVTEM QVI ILLVM 'tum autem' pro et; duas uult enim causas esse, cur se ipsum di perdant: unam quod restiterit, alteram quod senem perueritus diu remanserit a persequenda uirgine. 2 *Et* nota ⟨floccifacere, ut⟩ floccipendere (*III 1, 21*), et contemnere et non contemnere significare, ut nunc. 3 QVI ILLVM FLOCCIFECERIM deest 'uel', ut sit: uel floccifecerim.

304 **13** 1 QVID TV TRISTIS prouerbiale est in hominem perturbatum et incerti uultus. 2 QVIDVE ES ALACRIS *aut uelox aut* laetus es; nam 'alacris', L littera pro D posita, non tristis id est ἄδακρυς intellegitur. 3 QVID TV ES ALACRIS et alacer et alacris dicitur, ⟨ut⟩ habes apud Vergilium (*Aen. V 380*) 'ergo alacris cunctosque p. e. p.' 4 QVID TV ES ALACRIS alacritas est mutatio quaedam uultus gestientis in spem aliquam.

305 **14** 1 VNDE IS modo *ad quid* uenis *significat.* 2 Sed eo de loco ad locum ueteres dicebant, quod subiectis mox

1 pisciculos (*om.* qui) *C* | ἐχεναΐς (*cf. Andr. IV 3, 24*)] echinais *T*, ethinais *BC*, et inais *in ras. V²* | uocat' *in ras. V²* || 2 *re*(moratio — 4 esse *in mg. m. 2*) *V* || 3 tu autem *B* | QVI ILLVM] q · u · *T* | tu *B* | autem *om. T* || 4 enim causas uult *V* | se ipse *TC* | dii perdant *B V*, disperdant *TC* || 5 restituerit *T* | peruentus (pro- *C*) *TC* | permanserit *B* (*t. Sabb.*) || 6 Et *om. B* | notas *B* | floccifacere (facere) *add. Sabb.*, ut *add. W.* || 7 floccipendere *V* | et *1. om. B V* | "contendere et non "contemnere *V*, contemnere *T* || 8 ut] et *TC* | QVI *om. C* | i · f · *T* | flocciferim (ce) *C* || 9 sit uel ⟨ut⟩ *T* | floccifeceris *T*, -feris *C* || 10 TV] -ue *codd.* | TRISTIS] tibi *T* || 11 QVIDVE — uelox *dett., om. BTCV* || 12 est *V* | alacris l (ris l *in ras.*) *B* | per *B* | d] · l · *C* || 13 ΑΔΑRBYC *B*, αδαχρυς *V*, **** *T, om. C* | QVID — 16 ALACRIS *om. B* || 14 e · a · *T* | ut *add. ed. pr.* || 15 uirginem ego *TC* || 16 e ·] c · *T* | e · a · *T* | alacritas *Sabb.*: alacris *codd.* | mutatio est *TC* || 18 unde *in ras. V²* | ⟨eam (cam *T*)⟩ is ⟨dis (de is *C*)⟩ *TC, om. B* | modo — significat *in mg. V²* (= *dett.*), *om. BTCV¹* || 19 de eo *BTCV¹*, eo de *V²* | in subiectis (in *m. 2*) *V*

probabitur. 3 QVORSVM EAM bene, quia proxime dixerat 'ubi quaeram, ubi inuestigem, quem perconter, quam insistam uiam, incertus sum' (*v. 3—4*).

306 **15** 1 ITA PRORSVS SVM OBLITVS MEI huic contrarium (*Verg. Aen. IV 336*) 'dum memor ipse mei'. 2 Ergo 'oblitus mei' insanus.

305 **14** 4 QVORSVM EAM hinc, ut diximus (*schol. 14, 2*), manifestum est ire et aduentum significare.

306 **15** 3 ITA PRORSVS SVM OBLITVS MEI 'prorsum' idest *recte uel* omnino. 4 Nam 'prorsum' est porro uersum, id est ante uersum; hinc et prosa oratio, quam non inflexit cantilena.

307 **16** 1 HEM si cum aspiratione, Parmeno, si leniter, Chaerea. 2 OSTENDERIS QVI VIR SIES non 'qui sies', sed quod est ἐμφατικώτερον, 'qui uir sies'. 3 An debeat praestare, qui uirum se sic monstraturus est. 4 *Et* 'uir' modo non ad sexum uel aetatem dicitur sed ad laudem.

5 QVI VIR SIES 'qui uir sies' in ueteribus inuenitur.

308 **17** 1 SAEPE POLLICITVM ESSE 'pollicitum', quod promittentem ultro significat, dixit. 2 *Et* SAEPE POLLICITVM ESSE an necesse sit praestare eum, qui promiserit.

1 prodabitur *TC* | quohorsum *T* | EAM *om. B* | quod *V* | dixerit *C* ‖ 2 ubi *2.* — sum] etc · *B* | ubi (quem) *C* | q · p · q · i · u · m · c · s · *T* | incertus sum *sscr. V*[2] ‖ 4 ITA PRORSVS *om. B* | s · o · m · *T*, oblitus sum mei *V*, mei *B* | d*um* *V* ‖ 7 huic *TC* | ut diximus *om. B* ‖ 8 et *om. T* ‖ 9 ITA — MEI *om. B* | ita ⟨ut⟩ *C* | s · o · m · *T* | prorsum (s) *V* | id est *om. V* ‖ 10 recta (e) uel *V* (*dett.*), *om. BTC* ‖ 11 prorsa *V* | quem *BTC* ‖ 12 infelix *B* ‖ 13 silenter *C*, si lente *V* ‖ 14 ostendens *C*, ostendes *V*, Q̃ndr̃s *T*, *om. B* | qui uir scies *C*, qui uir siē *B*, q · u · s · *T* | qui — sed *Sabb.*: si quiesisset *B*, si quies esset *C*, si qu*ies* *esses* *V*, quiescisset *T* ‖ 15 quod est *om. TC* | ρΜΦΑΤΙΡΟΤΕΡΟΝ *B*, εμφατικοτερον *V*, *om. TC* | scies *T*, si es *C* ‖ 16 est *om. TC* | Et *om. B* ‖ 17 modo *om. BV* | ad laudem non ad sexum uel aetatem (*om.* dicitur sed) *B* | ad *om. C* | saxum *C* | ad] et *C* ‖ 18 QVI — inuenitur *om. B* | qui uir sies *T*, *om. CV* ‖ 19 pollici · *B*, polli · *T* | ESSE — quod *om. B* | ultro promittentem *B* ‖ 20 dicitur *C*, *om. B* | Et — ESSE *om. B* | ESSE] est *TC* ‖ 21 eum *om. B* | promiserat *B*, -sit *T*

3 CHAEREA ALIQVID INVENI induxit *μίμησιν*. 4 Dramatice more suo, non contentus dicere quod pollicitus sit tantum, sed quomodo etiam et quibus uerbis.

309 **18** 1 MODO QVOD AMES ⟨'modo'⟩ tantummodo, quasi haec mora sit promissis complendis. 2 VTILITATEM IN EA RE EGO FACIAM VT COGNOSCAS an possit, qui posse affirmauit. 3 Plus est probasse quod promiserit, quam ostendere quod possit.

310 **19** 1 CVM IN CELLVLAM AD TE an is debeat, qui et acceperit beneficium. 2 PATRIS PENVM OMNEM i p s u m p e n u m, non ex eo aliquid: ὑπερβολικῶς. 3 Et h o c p e n u s et h i c p e n u s et h a e c p e n u s ueteres dixerunt. 4 Ergo et 'omne' et 'omnem' legitur. 5 CONGEREBAM CLANCVLVM ἠθικῶς et ἱλαρῶς nimis.

311 **20** 1 AGE INEPTE qui dubites de promissis an qui exprobres te multa esse largitum? 2 HOC HERCLE FACTVM EST inueni quod amem (*cf. v. 17—18*). 3 Hoc quod dicebas, inquit, morae esse, iam factum est: amo. 4 PROMISSA APPAREANT utilitatem ut cognoscam tuam (*cf. v. 18*).

312 **21** 1 SIVE ADEO DIGNA RES EST si persona Parmenonis

1 CHAEREA] geria *T* | mimesin *B V*, mimesim *T*, mesin *C* | ramatice *B*, gramatice (grā- *V*) *TCV*, *corr. Bentley* ‖ 2 quod *ed. pr.*: quid *codd.* ‖ 3 quomodo] qn̄ (= *quando*) *TC* | et] ac *V*, sed *TC* ‖ 4 a · *T* | modo *add. dett.* ‖ 5 hoc *TC* | IN — COGNOSCAS] etc · *B* ‖ 6 cognoscas ⟨meam⟩ *V* | quin *C*, quid *V* ‖ 7 est] etiam *T* | quid *TCV* ‖ 9 cel · *B* | AD] at *T* | t · *B* | an is debeat qui *Rabbow*: dicit (di · *B*) anis (annis *C*, anus *V*, *om. B*) qui (que *T*, qu*ae* *V*, q · *B*) *codd.* ‖ 10 pe · omne *B* ‖ 11 ẎΠΗΡΒΟhⲁIRhⲰC *B*, *υπρηλικηωσ* *V*, ***** *T*, *om. C* ‖ 12 et haec penus *om. B* | dixere *V*, đ *B* (*t. Wiss.*) ‖ 13 omnem *TCV* | et omne *V*, *post* legitur (legere *T*) *TC* | conger · *B* ‖ 14 clanc · *T* | ἠθικῶς et ἱλαρῶς nimis *Rabbow*: hⲈIKⲰCⲈⲁNⲁPGⲰCNIⲁⲁIC *B*, *ηθικι(υ)οσ ελπηαρωσνιλλισ* *V*, ******* *T*, *om. C* ‖ 15 ineptis *T* | quid *BTC* | qu*i* *V*, q'd *B* ‖ 16 exprobres] excloris *T* | ercle *B*, her · *T* ‖ 17 f · e · *T* | quid amem *C* ‖ 18 inquit] inquod *TC* ‖ 19 app · *T* ‖ 21 siue adeo d · est (*om.* RES) *T*, intendas tuos ut appareant *B*

est, 'sive' abundat. 2 *Et* pro expletiua coniunctione est modo; in quibusdam omnino non legitur. 3 ADEO aut abundat aut nimis significat *uel satis.* 4 SIVE ADEO DIGNA RES EST si Chaerea dicit, hic ordo et sensus est: fac si uis nunc, si adeo digna res est, ubi tu neruos intendas tuos, ut promissa appareant, ut ⟨sit⟩ 'sis' si uis ⟨et⟩ 'ut' addatur ⟨ad⟩ id quod est 'fac promissa appareant'. 5 VBI TV NERVOS INTENDAS TVOS utrum obscene hoc, ut seruus, an μεταφορικῶς: ubi laborare ac periclitari debeas? 6 Sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chaereae. 7 *Et* melius, quam qui Parmenonem hoc putant loqui 'siue adeo digna res est'.

313 22 1 HAVT SIMILIS VIRGO EST VIRGINVM NOSTRARVM ciuium et ἐγχωρίarum, ut Vergilius (*Geo. II 89*) 'non eadem arboribus pendet uindemia nostris'. 2 NOSTRARVM 'nostrarum' ciuium scilicet, id est terrae ac patriae nostrae, ut Vergilius (*Geo. II 89*) 'non eadem arboribus p. u. n.' et Sallustius (*Iug. 38, 7*) 'nostri foeda fuga'. 3 QVAS MATRES STVDENT hoc uerbo ostendit cultum industriae, non pulchritudinem naturalem.

2 legere *T* | aut] autem *B* (*t. Wiss.*) *V*, *om. C* ‖ 3 minu *B* | uel] aut *B*, ue *C* | satis · SIVE] santissime *C* | siue *BV*, *om. T* ‖ 4 sic chaeream *V* | dicit (*post* hic) *T*, dicere (it *sscr.*) *V* | et *om. B* | si] · si · *sscr. C*, sed *T* ‖ 5 res digna *B* | tu — 7 appareant *om. T* ‖ 6 sit *add. Steph.* | si uis] suus *B* | add*atur V* ‖ 7 ad *add. Sabb.* | id *V*, ut *B*, *om. C* | est] deest *BC*, dĩc *V* ‖ 8 ubi tu n · in · t · t · *T* ‖ 9 an *μεταφόρικὼσ V*, ⲀⲢΟΓⲈⲦⲀΦΟΡΙ-ROC *B*, ****** *TC* | ubi] ibi *BTV*, tibi *C*, ut ibi *dett.* ‖ 10 periclitare (i *sscr.*) *V* ‖ 12 qui *om. C* | hoc *om. TC* | dig · r · est *B* ‖ 14 haud *TV*, aut *C* | similes u · e · n · *T*, s · u · n · *B* ‖ 15 ciuium (ci · *B*, c · *T*) et] nostrarum *Sabb. An* scilicet? | ἐγχωρίarum] ex ⲰⲈΙⲀⲢⲰΨⲰ *B*, est *χιοριαρούμ V*, ***** *T*, *om. C* | ut *om. BT* ‖ 16 arbori · pe · u · n · *V*[1], a · b · i · (et *T*) p · u · n · (m · *C*) *TC* | pendent *B* ‖ 17 nostrarum] nostrum *B*, *om. TCV* | scilicet ciuium *B* | id est] eiusdem *V* ‖ 18 ab arboribus *V*, *om. B* | pen · uindembia n · *C* ‖ 19 et *dett.*, ut *TCV*, *om. B* | fede *C* | QVAS — uerbo] student *B* ‖ 20 non] cum *TC* ‖ 21 pulchritudine *TC*

314 **23** 1 DEMISSIS HVMERIS ESSE antiqui enim Graeci etiam uirginibus suis praebebant palaestram ad componenda corpora. 2 DEMISSIS HVMERIS ESSE scilicet liquide et molliter deductis neque exstantibus athletico modo. 3 VINCTO PECTORE castigato ac tenui et uelut uincto. *deest ergo 'uelut'*. 4 GRACILAE SIENT a singulari gracila uenit haec declinatio. 5 DEMISSIS HVMERIS ESSE VINCTO PECTORE non accipiendum est quasi hoc dicat 'ad hoc illas student matres demissis humeris esse et uincto pectore, ut gracilae sient', quasi haec duo propter unum illud fiant, sed uarie tria dixit, ne diceret aut 'student illas demissis humeris et uincto ⟨pectore et gracilas esse' aut 'student, ut illae demissis humeris sient et uinciant⟩ pectus et gracilae sient'.

315 **24** 1 SI QVA EST HABITIOR inde et habitudo dicitur, ut (*II 2, 11*) 'quae habitudo est corporis!' 2 Nam 'habilior' aptior intellegitur, ut 'namque humeris de more habilem suspenderat arcum' Vergilius (*Aen. I 318*). *ergo 'habitior' legendum est.* 3 PVGILEM ESSE AIVNT laus in uirginem. 4 DEDVCVNT CIBVM mire uituperauit eam formam, quam accurauerit fames. 5 *Et* proprie 'deducunt'.

1 dimissis *CV* | h· *T* | ⟨s·⟩ esse *V* | esse ⟨liquide et molliter deductis neque exstantibus allectico modo⟩ *B* (*cf. infra*) | etiam *om. V* ‖ 2 componendam *T* | corpora ⟨sua⟩ *B* ‖ 3 ⟨id est (uel *V*)⟩ demissis (dim- *CV*) *codd.* | ⟨s·⟩ esse *V* | scilicet] se *B*, ·i· *in ras.* (*pro* ·ſ·) *V*, *om. TC* ‖ 4 atthletico *T*, atletico *V*, allectico *B* | VINCTO — *p.* 350, 5 intellegere *om. B* | iuncto *V* ‖ 5 uicto *C* ‖ 6 gracilę/// *V*, graciales *T* | gracialia *T* ‖ 7 haec *om. C* | dimissis *TC* | uincto corpore *TC* ‖ 8 accipienda *C* | dicat hoc *C* | hoc illę *V*, hec illa *C* ‖ 9 humeris] h· *T*, *om. C* | esse] e· *T* | uincto corpore *C*, ric· *T* | ut graciles sẹient *C*, u·g·s· *T* ‖ 10 illud *om. TC* ‖ 11 ne diceret (-ent *TC*) aut student illas demissis (dim- *TC*) humeris et uinctum (uictum *T*) pectus et (ut *V*, *dett.*) gracilae (glaciles *C*, gratiales *T*) sient *TCV*; *suppl. Schoell*; ne diceret '⟨student — gracilas esse⟩'. 6 Aut: student illas demissis humeris ⟨e·⟩ et uinciunt pectus ut gracilae sient *Rabbow* ‖ 14 habitior *V*, abitior *C*, ar· *T* ‖ 15 ⟨et⟩ nam *TC* ‖ 16 habitior *V*, abilior *TC* ‖ 17 abilem *V*, a· *T*, h· *C* | s·a· *T*, s·ay *C* | Vergilius] uirgo *V*, *om. TC* ‖ 18 habitior *V*, abitior *T* | esse a· *T* ‖ 19 CIBVM] c· *T* | eam *om. T* ‖ 20 accurauerit *V*, accusauerit *TC*; attenuauerit *Sabb.*, macerauerit *Goetz*

316 **25** 1 TAMETSI BONA EST NATVRA 'bona' id est plena, magna et pinguis. 2 REDDVNT exhibent, perficiunt. 3 CVRATVRA cura mentis est, curatio medicinae, curatura diligentiae. 4 IVNCEAS tenues et pallidas.

317 **26** 1 ITAQVE ERGO AMANTVR 'itaque' inquit 'nemo illas amat': *εἰρωνεία*. 2 Vere amantur, ut eo magis haec amanda sit, quae naturae beneficio, non industria aut factis comptibus, pulchra est. 3 ITAQVE ERGO AMANTVR atque ita, ut sit: atque ita fit, ut amentur non naturae merito sed industria. 4 QVID TVA ISTAEC recte, sic enim ipse dicet (*v. 70*) 'at nihil ad nostram hanc'. 5 NOVA FIGVRA ORIS laudis genus est 'noua', quia dixerat (*v. 6*) 'taedet cotidianarum harum formarum'. 6 QVID TVA ISTAEC deest 'qualis est? dic'. 7 PAPAE interiectio mira subito accipientis.

318 **27** 1 COLOR VERVS quia non de cura est ac de fuco, sed naturalis *neque fucatus*. 2 CORPVS SOLIDVM quia iunceum non est. 3 SVCI PLENVM quia nemo deduxit cibum; nam sucus est humor in corpore, quo abundant bene ualentes. (*Verg. Ecl. III 6*) 'et sucus pecori et lac subducitur agnis'. 4 Sucus est proprie quasi sugus, quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant.

5 CORPVS SOLIDVM plenum et forte, id est non flaccidum. 6 SVCI PLENVM sucus est interior pinguedo membrorum. 7 ANNI SEXDECIM uide quemadmodum aetatem maturae uirginis poeta ex occasione demonstrauerit.

1 bona est naͤ· *C*, b · est n · *T*, bona natura *V* ‖ 4 tenues iunceas *TCV*[1], *corr.* *V*[2] ‖ 6 *νρωνια* *V*, **** *T*, *om.* *C* ‖ 7 natura *C* ‖ 8 com*pt*ibus *V*, conitibus *C* ‖ 9 ita *2. om.* *C* | fit] uix *TC* ‖ 11 dixit *T*, dicit (-et *m. 2*) *V* | at] ad *TC*, *om.* *V* | nostram *in ras.* *V*[2] | ORIS] o · *T* ‖ 12 taedet ⟨me⟩ *TC* ‖ 13 quot- *CV* | h · f · *T* | ISTAEC] i · *T* | ⟨et⟩ deest *TCV* ‖ 14 mirantis *V* | subita *T*, subitaͦ *V* | ac cupientis *V* ‖ 16 sed ⟨est⟩ *T*, sed *ex* id est *corr.* *V*[2] | corpus s · *T* | qui aiunt eum non est (esse *T*) *TC*, quia uin*cium* non est qui aiunt eum non esse *V* ‖ 17 succ- *semper* *C* ‖ 18 abundat *T* ‖ 21 sibi *TC*, proprie *V* | sugant *V* | rep̄ant *C* ‖ 22 corpus s · *T* | floccidum *V* | membra · *T* ‖ 24 annọͥs *V* | XVI *C* | uide *om.* *C* ‖ 25 uirginis maturae *TC*

319 **28** 1 HANC TV MIHI VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO haec tria sunt, quibus non rite res agitur. 2 VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO pretii mentio non est, uel quia uirgo, non meretrix, uel quia nulla ephebo spes est fallendi senis. 3 HANC TV MIHI VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO FAC TRADAS secundum ius locutus est, nam his tribus mala fide aliquid possidetur. 4 VI .. CLAM .. PRECARIO 'ui' quia uirgo, 'clam' quia custoditur, 'precario' quia pretium non habet Chaerea.

320 **29** MEA NIHIL REFERT DVM POTIAR MODO non hoc personae attribuendum est sed affectui; non enim quia Chaerea est, sed quia amator, dicit se parui facere quemadmodum potiatur, dum potiatur.

321 **30** QVID VIRGO CVIA EST utrum 'serua' an 'filia'?

322 **31** 1 NE ID QVIDEM pulchra uarietas: 'nescio' 'tantundem' 'ne id quidem'. 2 QVA RATIONE AMISTI figura *συγκοπή* pro 'amisisti'. 3 QVA RATIONE AMISTI nisi remansisset Chaerea, sed consecutus uirginem uidisset quo deducta sit, quam Parmenonem conueniret, non ita procederet fabula, ut nunc procedit; inruisset enim in cognitionem meretricis importune Chaerea nec pro eunucho adduceretur ulterius.

323 **32** 1 ID EQVIDEM ADVENIENS deest 'ob' aut 'propter', ut sit ob id aut propter id. 2 MECVM STOMACHABAR

1 hanc tu mihi u · u · u · c · u · p · *T* ‖ 2 haec — 3 PRECARIO *om. TC* ‖ 2 non *ed. pr.*: nunc *V* ‖ 3 pretii mentio non] p̄cumētio *T*, p̄cum̄tio *C* ‖ 4 non] uero *T* | ephebo] flendo *TC* ‖ 5 MIHI] nihil *C* | VEL — TRADAS] u · u · u · c · p · u · f · t · *T* ‖ 10 r · d · p · *T* | MODO *om. TC* ‖ 11 affectui] ad factum *TC* ‖ 12 est sed *om. TC* | dicit se parui *Sabb.*: de se rapuit *codd.* ‖ 13 patiatur *1. T* ‖ 14 c · e · *T* | an filia *C*, an ancilla *T*, an libera *V* ‖ 15 ueritas *C* | tantum *C* ‖ 16 quidem] quid est *C* | ra*ti*one *V* | amisisti *C*, -tis *T*, amiṣisti *V* | syncope *T*, sinc- *CV* ‖ 17 pro amisisti *V*, premisisti *TC* | amisisti *TC* ‖ 18 sed *V*, et *TC* | consecutus] ē secutus *C* | uirginem ⟨aut (ut *V*)⟩ *CV*, uirginem ⟨fuisset aut⟩ *T* (?) *dett.* ‖ 19 ⟨prius⟩ quam *in ras.* V^2 (*dett.*) | ita non *V* ‖ 20 nunc] aūt *T* | irruisset *C* | cognitione *V*, cogitationem *C* ‖ 21 opportune *C* | nec *Steph.*: ne *codd.* ‖ 22 ḍeduceretur (ad *corr. m. 2*) *V* ‖ 24 sit *om. C*

bene 'mecum', quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur. 3 'Mecum' ergo pro 'apud me' uel 'mihi'.

324 33 HOMINEM ESSE ARBITROR deest 'quam me'.

325 34 1 FELICITATES OMNES ADVERSAE SIENT felicitas aduersa est, cum ex prosperitate quod laedat nascitur. 2 CVI MAGIS BONAE FELICITATES OMNES ADVERSAE SIENT 'bonae' magnae. noue autem dixit magnas felicitates sibi aduersari, eo quod uirginem tantae pulchritudinis ex oculis amiserit; nam uidisse eam felicitatis iudicat, sed amisisse aduersae felicitatis. 3 *Et* quod addidit 'bonae', uel magnae et nimiae intelleguntur uel ἐπίθετον proprium et perpetuum felicitatum est 'bonae'. — 4 *Et magna ἔμφασις, quod 'felicitates' pluraliter posuit.* — ἐπίθετα autem tribus de causis nominibus adduntur: discretionis, proprietatis, ornatus. discretionis, ut (*Verg. Aen. III 6*) 'et Phrygiae molimur montibus Idae', proprietatis, ut (*Aen. VII 667*) 'terribili impexum saeta c. d. a.', ornatus, ut (*Lucret. I 2*) 'alma Venus c. s. l. s.'

326 35 QVID HOC EST ⟨sc.⟩ 'hoc' propter quod patior, inquit; nunc enim scelus dixit a sene commissum.

327 36 ARCHIDEMIDEM hoc sic pronuntiandum est, ut appareat ex ipso nomine statim odiosum nescio quem occurrisse ac permolestum.

1 quia] qui *TC* | quia ipse *T* ‖ 4 quem *T* ‖ 5 aduerse omnes sc̣ient *C* ‖ 6 irascitur *TC* ‖ 7 CVI] cur *C* | OMNES — SIENT *om. V* | scient *T*, fient *C* | bene *T* ‖ 9 eo *om. CV* ‖ 10 ammiserit *T* ‖ 11 Et *om. TC* | ad$^{\text{didit}}$ (*sscr. m. 2*) *V*, ad *TC*; ait? ‖ 12 et *1. om. T* | epitetum *V*, **** *T*, *om. C* ‖ 13 perpetuum proprium (*om.* et) *TC* | felicitatis *V* | est *om. TC* | Et] uel *V* | magnae emphasis *V*, magne **** *T*, magne *C* ‖ 14 epitheta *V*, **** et *T*, ut *C* | autem] aiunt *C* ‖ 16 Phrygiae molimur] phrigiam ascanio clamidem (= *Verg. Aen. III 484*) *V* ‖ 17 montibus Idae] u·n·d·e *dett.*, *om. TCV* | ut] sūt *TC* ‖ 18 terribi imptum *C* ‖ 19 c·s·l·c· *C* ‖ 20 quod *TC* | propter hoc (hoc̣ *V*) *TCV*, *transp. W.* ‖ 21 dicitur *C* | a sene missum (amissum *C*, admissum *T*) *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 22 archimenidem *TC*, archimedem (nostin *in mg. add. m. 2*) *V* ‖ 23 ⟨ut⟩ ex *TC* | odioso *V* | qm̄ *C*

328 **37** QVIDNI correptio est a se manifesta quaerentis. est enim sensus: quid nisi aut cur non nouerim, — *est enim 'quidni' aut quid nisi aut cur non*, — quia. ueteres 'ni' pro 'ne' ponebant et 'ne' pro 'non', ut Plautus (*Men. I 2, 1*) 'ni stulta sis' pro 'ne' et (*Epid. IV 2, 16; alibi*) 'neuult' pro 'non uult'.

329 **38** IMMO ENIM VERO INFELICITER bene hoc interponit, quia incredibile est tardiorem amatorem fuisse incessu uirginis.

330 **39** NAM INCOMMODA ALIA SVNT ⟨D.⟩ quae minora sunt scilicet *aut similia.*

331 **40** 1 ILLVM LIQVET MIHI DEIERARE liquidum est, constans et manifestum et certum. — 2 *Et sic 'liquet' pro 'liquidum est', ut 'claudit' pro 'claudum est', ut apud Sallustium* (*Hist. fr. inc. 23 M.*) *'nihil socordia claudebat'*. — et est 'liquet' uerbum iuris, quo utebantur iudices, cum amplius pronuntiabant, obscuritate commoti causae magis quam negotii simplicitate. 3 DEIERARE ualde iurare, — *ut* (*Hec. IV 1, 14*) *'demiror' et* (*Heaut. IV 6, 21*) *'deamo te, Syre'*, — si DE producta legeris, si correpta, deos iurare intellegitur.

332 **41** SEX SEPTEM PRORSVS NON VIDISSE PROXIMIS quia 'non uidisse' dixit, 'proximis' praeteritis intellegimus. proxima enim nobis aut praeterita aut futura sunt; nam praesentia ea sunt, in quibus nunc sumus.

2 non ⟨aut cur non⟩ *V*, noui *T*, (*bis*) *C* ‖ 4 ni] in *C* | nisi] uis *C* | cum *T* | non ⟨nouerim⟩ *codd.*, *corr. ed. pr.* | ni pro ne] inproprie *C* ‖ 5 nisi *V* | pro me *C* ‖ 7 enim *sscr.* V^2, *om.* *TCV*^{1} | inf· *T* ‖ 8 amorem *TV* | incessu *dett.*: ⟨in⟩ incessu *V*, ⟨an⟩ incessu *TC* ‖ 9 a·s· *T* | D.] dicenda *ed. pr.* (*ante* sunt *dett.*): *om.* *TCV* ‖ 10 aut *dett.*: ad *TCV* ‖ 11 LIQVET] inquid *C* | DEIERARE] d· *T*, *om.* *V* ‖ 12 et centum *T*, et cerstum *C*, *om.* *V* | sic *dett.*: si *TCV* | pro *om.* *C* ‖ 13 ut *1.* *om.* *TC*; et *dett.* | claudet *TC* | pro *om.* *C* | clausum *V* ‖ 14 claudebat socordia (sec- *C*) *TC* ‖ 15 lique *C* ‖ 16 obscuritates (osc- *C*, -tes *V*) commotis (-tis *V*) *codd.* ‖ 17 quam *sscr.* V^2, *om.* *T* | negotiis *TC* | ualde iurare deierare *TC* ‖ 19 de amore (-ris *T*) syre *TC* ‖ 21 SEPTEM] mensibus *V* | prorsus *sscr.* C^1 | n·u·p· *T* ‖ 22 proximus dicitur *C* ‖ 23 aut *1.*] et *C*, in *T*, et (aut *sscr. m.1*) *V* | preterite *TC* | aut *2.*] ut *TC* ‖ 24 nunc *om.* *V*

333 42 1 NISI NVNC CVM MINIME VELLEM quia semper nolui, ideo 'nunc minime', utpote adulescens senem.

335 44 1 QVAM LONGE QVIDEM bene 'longe' dixit, quia '⟨a⟩ longe' dicere non potuit. 2 Aut subauditur 'erat', ut sit: quam longe erat.

333 42 2 MINIMEQVE OPVS FVIT saepe enim nolumus, tamen non et non opus est.

336 45 1 †INCVRVVS TREMVLVS LABIIS DEMISSIS GEMENS† ut omnia ostendat in contrarium sibi uersa, etiam cursum attribuit seni. 2 LABIIS DEMISSIS GEMENS labra sunt superiora, labia inferiora, *labeae asinorum proprie dicuntur*. 'gemens' autem ob continuam tussim; sic Lucilius (*l. inc. fr. 110 M.*) 'ante fores autem et triclini limina quidam perditus Tiresia tussi grandaeuus gemebat'. 3 INCVRVVS ualde curuus, ut Vergilius (*Aen. XII 1—2*) 'Turnus ut infractos a. M. L. d. u.'; 'infractos' enim ualde fractos significat, nam 'in' praepositio nunc auget nunc minuit dictionem. 4 *Et* recte etiam deformitatem describit senis, quod praeter aetatem post pulchram uirginem foedior uidebatur. 5 *Et* quam importune omnia: pro puella senex occurrit, pro uirgine 'incuruus tremulus', pro pulchra 'labiis demissis gemens'; et cum amor sit in animo

1 NISI *om.* *TC* | cum m · u · *T* ‖ 2 ideo $\overset{\text{nunc}}{\text{minime}}$ *C*; *post* senem *transp. Scheidemantel* ‖ 3 longe q · *T* | dicitur *C* | quia longe *om.* *C* | a *add. Steph.* ‖ 4 aut *TV*, an *C* | subditur *C* ‖ 6 opus f · *T* | uolumus *TC* | tm̄ (= *tantum*) *C* (*V t. Wiss.*) ‖ 7 non *1.*] nunc *Sabb.* ‖ 8 *hoc schol. pertinet ad lemma* CONTINVO ACCVRRIT (*v. 44*) | incursus *TC* | t · l · d · g · *T* | labris *CV* | dimissis *C* ‖ 9 sibi uniuersa *V* | et *C* ‖ 10 labris *V* | d · g · *T* | sunt] etiam *TC* ‖ 11 labeae *Klotz*: labrae *codd.* | simorum *Klotz* ‖ 12 sic Sal' lucil' *T* ‖ 13 tri*clinii* *V*, tridinii *T*, triclinis *C* ‖ 14 *l*imina *V*, lumina *C* | quidem *codd., corr. ed. pr.* | tiresia tussi *V*, tyresiatus *TC* | grandeus *T* ‖ 15 incursus *T*, -su3 *C* | ualde curuus] ualcurius *C*, *om.* *V* ‖ 16 Curuus *V* | ut infertos a · m · d · y · *C*, u · infra · in · i · d · y · *T*, i · a · m · l · d · u · *V* | ualde defractos *TC* ‖ 17 nam *in ras.* V^{2}, ut *T* | in *om.* *V* | *prae*positio *V*, proposito *C* | auget nunc *om.* *C* ‖ 18 etiam] et *C* | scribit *TC* ‖ 19 senis *om.* *C* | quod] qui *dett.* | propter *V* ‖ 22 labris *V* | amator *TV* | fit *V* | anima *CV*

adulescentis, ipse iudicium loquitur, dum festinandum sit, remoratur. 6 LABIIS DEMISSIS maiora labra, unde l a b e o n e s. alii l a b i a dicunt inferiora et l a b r a superiora.

337 **46** 1 HEVS HEVS CHAEREA TIBI DICO ⟨'Chaerea tibi dico'⟩ non adderet, nisi uideret Chaeream dissimulantem praeterire. 2 INQVIT aliter 'inquit' pronuntiandum, hoc est concitate; nam senis uerba aliter proferenda sunt.

338 **47** 1 SCIN QVID EGO TE VOLEBAM hic ostenditur odiosa tarditas senis apud festinantem Chaeream, nam non dicit quid, sed promittit esse dicturum.

339 **48** VT DILIGENTER NVNTIES ⟨'diligenter'⟩ nihil tam ex abundanti *et nihil tam moraliter* dici potuit.

338 **47** 2 CRAS EST MIHI IVDICIVM huic morae etiam illud additum, quod cum debeat dicere quid uelit, prius dicit quod non est necessarium, quare uelit.

340 **49** ESSE VT MEMINERIT non 'ut sit' sed 'ut esse meminerit': o prolixitas!

341 **50** 1 DVM HAEC ⟨D.⟩ dat tempus uerbis, quae non potuit, quamuis imitaretur, exprimere. 2 ROGO NVMQVID VELIT hoc est: significo me abire; nam abituri, ne id dure facerent, 'numquid uis' dicebant his, quibuscum constitissent. 3 Quid est ergo 'rogo numquid uelit'? hoc est: dico quod abeuntes solent.

342 **51** 1 RECTE INQVIT pro eo quod est n i h i l. 2 *Et*

2 remoratum *C*, demoratur *V* | labris *C V* | laba *T C* | un *C* ‖ 3 labrones *V* | *labia V*, labia *C*, labii *T* | et ⟨sunt⟩ *C* ‖ 4 heus semel *V* | c· *T* | t·d· *T V* | Chaerea tibi dico *add. W.* (*sim. Steph., Rabbow*) ‖ 5 *ante* non *per errorem inserta, quae suo loco repetuntur* 'chereiam dissimulantem preterire inquam (*pro* inquit) *codd.* | addent nisi uident *T* ‖ 6 aliter inquit *om. T C* | hoc est ⟨nam (non *V*)⟩ *C V*, hoc ⟨nam⟩ est *T* ‖ 7 conciatis *T* | nam] non *T* ‖ 8 sin *T C* | e·t·u· *T* | hic *om. T C* ‖ 9 dixit *T C* | quid *om. V* ‖ 11 diligenter *add. dett.* | ⟨et⟩ nihil *T C* ‖ 12 et *om. V* | nihil *om. T C* | morabiliter *C* ‖ 13 mihi iu· *T* | etiam] est *T C* ‖ 14 dicit] de eo *T C* ‖ 16 VT—meminerit *om. T* | ut sit] ut *V* | ut *om. V* ‖ 18 D. *add. Sabb.* | tempus] ipis *C* ‖ 19 quamuis ⟨non⟩ *V* | inmutaretur *C* | ROGO] ergo *C* ‖ 20 abitu[ri] (ri *m. 2*) *V*, habituri *T* | durum *T* ‖ 21 quibus *C* ‖ 22 ROGO *om. T C* ‖ 24 RECTE] et cetera *ut vid. T*

moraliter τῷ ἀστεϊσμῷ. 3 CVM HVC RESPICIO in hanc partem scilicet, qua meretrix habitabat.

343 52 1 COMMODVM tantum quod uel ipso eodemque tempore. 2 COMMODVM 'commodum' una uel ex hoc significat, ut si dicas: eodem tempore, quo haec agebantur.

3 Nam 'interea' nunc coniunctio accipienda est, non, ut alias, pro aduerbio ponitur.

344 53 IN HANC NOSTRAM PLATEAM recte, quia uicina illis est Thais, ad quam deducitur.

345 54 HVC CVM ADVENIO NVLLA ERAT etenim ingressa iam fuerat.

346 55 COMITES SECVTI SCILICET SVNT VIRGINEM interrogatiue quidem, sed sic, ut scire uideatur id ⟨quod⟩ quaerit, *sed ad hoc quaerere, ut quod scit confirmet.*

347 56 1 VERVM PARASITVS 'uerum' modo inceptiua est, non relatiua particula, ut in Andria (*IV 4, 30—31*) 'uerum: uidi Cantharam suffarcinatam'.

348 57 1 IAM CONCLAMATVM EST transactum ac finitum, ut conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad uitae officia.

2 IAM CONCLAMATVM EST 'conclamatum' manifestum significat, quia dixerat (*v. 7—8*) 'o infortunatum senem, si et hic amare coeperit', tamquam dicat: iam occisum

1 τῶ ασττῖκισμω *V*, ****** *TC*, *corr. Bentley* | RESPICIO] et *T* | hac *C* ‖ 2 partis *T*, respicio in hac parte *C* | quam *V* ‖ 3 uel *om. TC* | ipso eodemque] ipse eo quod eque *TC*; ipso *Sabb.* ‖ 4 COMMODVM — tempore *om. TC* | uel ex *Sabb.*: lex *V* ‖ 5 quod hoc *T* (*dett.*), *om. C* | agebatur *TC* ‖ 8 hac *C* | p · *T* ‖ 9 est] et *T* | ducitur *TC* ‖ 10 huc cum ad · u · n · e · *T* ‖ 12 com^{i}te *C* | s · s · s · u · *T* | SCILICET] s · *V*, solet *C* | interrogati*ue* *V* ‖ 13 quidem *in ras. V*[2], quid ē *C* | sed sicut (sicud *T*) scire uideatur *TC*, *non ut nescire* uideatur *V* | quod *add. ed. pr.* ‖ 14 quid *TC* | sit *C* ‖ 17 uidi c · s · *T* ‖ 18 IAM — officia *post p. 346, 5* iacent *V* | EST *om. TC* | ac] et *V* ‖ 19 habet *C* | officium *TC* ‖ 20 IAM *om. TC* ‖ 21 quia — *p.* 346, 7 Thaidem] *in codd. hic ordo est*: IPSA — Thaidem (346, 6—7; *hic om. dett.*), ut — iacent (346, 2—5; *hic V ins.* 'IAM — officia, *cf. supra*), Aut — est (346, 1—2), quia — defleuimus (345, 21 — 346, 1; *hic add.* IPSA — Thaidem *dett., in mg. V*[2]); *restituit Sabb.* | senem] s · *T* ‖ 22 sic et *TC* | hic *om. C*

patrem tuum scimus iamque defleuimus. 3 Aut 'conclamatum' satis deploratum satisque uociferatum est, ut in conclamatis funeribus nulla iam dilatio est doloris ac luctus, ut Lucanus ait (*II 22—23*) 'corpora nondum conclamata iacent'.

347 **56** 2 IPSA EST id est ⟨formosa⟩ est uel pulchra est, quia et ipse dixerat (*II 1, 25*) 'haec superat ipsam Thaidem'.

348 **57** 4 ALIAS RES AGIS recte, quia dixit ille 'iam conclamatum est'. 5 ALIAS RES AGIS aut non intendis ad id quod dico significat, ut nulla sit in eo attentio — nam hinc natum est 'agite amabo' (*I 2, 50*) — aut nugatorias res agis, hoc est iocaris. 5 Quasi dicat uanas res agis.

350 **59** 1 SCIO QVO ABDVCTA SIT plus dixit, quam interrogabatur, credo taedio interrogantis; nam properat, ut dicturus est (*v. 72—73*), ad deducendum eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. 2 SCIO QVO ABDVCTA SIT secunda ἀποσιώπησις. reticentia

351 **60** EHO PARMENO ⟨M. N. E.⟩ SCIS amatorie satis repetuntur, quae semel dicta suffecerant.

352 **61** HVC DEDVCTA EST AD MERETRICEM et hoc effundit semel aceruatimque dicit uelut odio interrogantis saepius et festinatione ad mandata Phaedriae peragenda.

1 tuum *Sabb.*: tum *codd.* | simus *T* ‖ 2 est *om. V* ‖ 4 ait *om. T* ‖ 6 ipsa ẹṣṭ *V*, ipsam *TC* | id est] deest *T* | formosa *in mg.* V^2 (*= dett.*), *om.* TCV^1 | est V^2 (*dett.*), esse CV^1, *om. T* | pulchra est *in mg.* V^2 (*= dett.*), pulchram esse TCV^1 ‖ 7 et *om. T* ‖ 9 RES *om. C* | a· *T* | dicitur *C* ‖ 11 *sit in* ⟨eo attentio (*in mg. m. 2.*)⟩ *V* (*= dett.*), sit *TC* ‖ 12 nam — amabo *post* iocaris *codd.*, *transp. Steph.* | aut *in mg.* V^2 (*= dett.*), *om.* TCV^1 ‖ 13 iocularis *C* | dicatur *TV* ‖ 14 uanas *ed. pr.*: uenias *TC*, inanes *V* ‖ 15 aducta *C*, a· *T* | SIT] est *V*, s· *T* | plus TV^2, prius CV^1 (*recte?*) ‖ 18 ex *om. T* | aducta sit *C*, a·s· *T* ‖ 19 ἀποσιωπησισ *V*, ***** *T*, *om. C* ‖ 20 EHO *om. C* | SCIS *om. V* | reputantur *C* ‖ 21 seme *C* | sufficerent *T*, -rant *C* ‖ 22 ad m· *V* ‖ 23 semel *ex* simul *corr. C* | acernatimque *T*, aceruatim q· (quae *m. 2*) *V* | dixit *C*, d· (dixit *m. 2*) *V* ‖ 24 et *dett.*: est *TC*, usus est *V* | phedria *T*

354 **63** 1 PHAEDRIAE RIVALIS cum pronuntiatione addendum quod magis doleat, id est 'Phaedriae riualis'. 2 DVRAS PARTES FRATRIS PRAEDICAS scilicet contra aemulum et diuitem et largissimum. 3 *Et* 'partes duras' μεταφορικῶς ab actoribus scaenicis.

355 **64** 1 COMPARET iam hic ostenditur miles per riualis dona illustrior quam per sua. et est qualitas comparatiua. 2 COMPARET pro 'emat' aut 'comparandum putet'.

356 **65** 1 TVM MAGIS ID DICAS d u r a s p a r t e s f r a t r i s esse. 2 QVIDNAM QVAESO HERCLE curiositatem addidit παρελκόντων 'quaeso' et 'hercle'. 3 *Et* uide quam molliter et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem poeta perueniat, ut de eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chaereae. 4 EVNVCHVM mire Terentius primo simpliciter 'eunuchum' posuit, huic quoque detracturus.

357 **66** 1 INHONESTVM foedum, ut contra (*II 1, 24*) 'facie honesta'. 2 Vt apud Vergilium (*Aen. I 591*) 'et laetos oculis afflarat honores'. 3 HOMINEM opportune 'hominem' dixit tamquam incerti sexus. 4 SENEM MVLIEREM non communi genere dixit 'senem', quippe qui alibi (*Hec. IV 3, 15*) separauerit dicendo 'senex atque anus', sed subdistinguendum est, ut sit duplex uituperatio: una ab aetate quod ait 'senem', altera ⟨a⟩ membrorum mollitie quod ait 'mulierem'.

358 **67** 1 QVATIETVR CERTE CVM DONO mire 'cum dono',

1 PHAEDRIAE — riualis *om.* *T* ‖ 3 f · p · *T* ‖ 4 Et *om.* *V* | μεταφορικῶς *V*, ***** *T*, *om.* *C* ‖ 5 attoribus *T*, auctoribus *C* ‖ 6 comparat *T* | hoc *V* ‖ 7 pro sua *C* ‖ 8 comparat *TC*, compar*et* *V* | pro emat *ed. pr.*: prohemata *T*, $\overset{i}{\text{pe}}$ meta *C*, p*erempta* *V* | aut] ut *TV*, et *C* ‖ 9 TVM] tu *V* | partes f · e · *T* ‖ 10 hercle queso *C* | παρελκόντων *Steph.*: itaπελκοητο *V*, ita per **** *T*, ita per *C* ‖ 14 nascitur *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 15 suppliciter *TC* | eunuchum *Sabb.*: eunucho nomen *codd.* ‖ 18 letus o · *T* ‖ 19 afflaret honores *V*, afflauit · o · *C*, af · h · *T* ‖ 20 non] in *in ras.* *V*[2] ‖ 21 quippe qui *V*[1], quem pro qui *TC*, quippe quamuis *V*[2] (quamuis *dett.*) ‖ 24 senex *codd.* | a *add. ed. pr.* | mollitie *V*

tamquam illi repulsae causa donum futurum sit. 2 Tum deinde non 'eicietur' sed 'quatietur'. 3 Vide quam contumeliosius dictum sit 'quatietur foras': uel uerberibus impelletur foras, non expulsione et detrusione. 4 Vel sic dixit 'foras quatietur', ut desit 'uersum', ut sit: foras uersum uerberabitur, ut uerberetur et fugetur foras. nam et peruulgatae consuetudinis est dictum 'feri canem foras', hoc est: feriendo canem foras eice.

359 **68** 1 SED ISTAM THAIDEM NON SCIVI NOBIS VICINAM *καλῶς*: quomodo enim pro eunucho ueniet, si nouit aut notus est? et si adulescens mulierem ne nouit quidem, multo maxime ipse nescitur. 2 SED ISTAM THAIDEM NON SCIVI NOBIS VICINAM *οἰκονομία* contra illud, quod meretrix uicina erat. 3 HAVD DIV EST 'uicina' scilicet. et est causa, an uerisimile sit nescire potuisse uicinam. 4 *Et* nota apud Terentium uicinas poni saepius adulescentibus meretrices, ut haec prima sit amoris illecebra.

360 **69** 1 NVMQVAMNE ETIAM ME ILLAM VIDISSE artificiose inculcat poeta *τὸ πιθανόν*.

361 **70** 1 ESTNE VT FERTVR FORMA hoc propter illud, quod supra diximus.

360 **69** 2 Sed nimio lepore Terentiano iam illud agitur. nam hic ostenditur uerisimile esse pro eunucho creditum apud uicinam meretricem Chaeream, qui adeo ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam nouerit, quod erat facilius et

1 domum *C* | Tum] eum *T* ‖ 2 ///eicietur *C* | uide — quatietur *om. T* ‖ 3 sit dictum *C* | foras *om. TC* ‖ 4 et] ụḷ' ẹṭṛụç *C* ‖ 5 desit] dixit *C* ‖ 6 uerberatur *1. TC* | fugetur *ed. pr.*: fugeret *codd.* | nam — 7 foras *om. T* ‖ 7 peruulgatae *ex* prou- *corr. V* | est *om. C* ‖ 8 ferendo *TC* | eicere *T* ‖ 9 n · s · n · u · *T* | *καλῶσ V*, **** *TC* ‖ 10 quomodo *Steph.*: modo *codd.* ‖ 12 sed istam t · n · s · *T* ‖ 13 NOBIS VICINAM] n · u · *TV* | *οἰκονομία V*, ***** *C*, *om. T* ‖ 15 an *om. T*; ut *Wieling* | *ne*scire *V* | potius se *TC* ‖ 17 sit prima *TC* ‖ 18 me etiam *TC* | uidisse illam *T*, *** uidisse illam uidisse *C* ‖ 19 *τοπιθὰ*Non *V*, *** non *C*, non *T* ‖ 20 ESTNE — FORMA *secl. Sabb.* | ut fertur f · *V*, u · f · f · *T* ‖ 22 iam] tam *TC* | aliud *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 24 quia adeo *TC*, qui¦a de ẹo *V*

promptius. et additur color, quod et illa non diu uicina est et quod adulescens in Piraeo primum commoratus est.

361 **70** 2 AT NIHIL AD NOSTRAM HANC moraliter ‘nostram’ dixit pro ‘meam’. 3 ALIA RES EST non potuit melius utrique suam gratiam reseruare, nam et illa et haec amantur.

362 **71** FACIAM SEDVLO ⟨D. O. A.⟩ mire in promissis posterioribus difficultas rei ostenditur, cum primo ‘faciam’ dixerit.

363 **72** 1 NVMQVID ME ALIVD hoc dicere abeuntes solent. 2 *Et* bene hic, quia festinat. 3 *Et* simul, quia hinc nascitur dolus fallendae meretricis.

364 **73** VT MANCIPIA HAEC ITA VT IVSSIT F. D. AD TH. uide ⟨id agere⟩ Terentium, ut non quaesita esse haec fallacia, sed ipsa se obtulisse uideatur.

365 **74** 1 O FORTVNATVM ISTVM EVNVCHVM ‘istum’ saepe adnotauimus (*cf. I 2, 112*) aut ad contemptum aut ad odium referri, ut Vergilius (*Aen. IX 94)* ‘aut quid petis istis?’ et (*Aen. XII 808—9*) ‘ista quidem quia n. m. t. m. u. I.’ 2 QVI QVIDEM IN HANC DETVR DOMVM quid facilius, quam imitari uelle quod laudes? nec quisquam, nisi qui cupit eligi pro eunucho, eunuchum putat beatum.

369 **78** QVID SI NVNC TVTE FORTVNATVS FIAS sic uidetur dicere Parmeno, ut iocetur quam ut credat fieri posse.

1 quod et — primum *om.* *T* ‖ 2 pireo *CV* | commoratus *V* | est *in ras.* *V*² (= *dett.*), *om.* *TC* ‖ 3 AT *om.* *TC* ‖ 4 mea *V* | non] nam *T* ‖ 5 hoc *T* ‖ 6 promissis *ex* -ionibus *corr.* *C* ‖ 8 me^{ais} aliud (*sscr. m. 1*) *V*, m·a· *T* ‖ 9 hic *Rabbow*: his *T*, is *C*, ^{u}is (u *m. 2*) *V* | festinet *T*, -nēt *C* | quia] que *C* ‖ 11 ITA *om.* *V* | F. D.] frater deducantur *C* | ad thaidem *CV* ‖ 12 id agere *add.* *Sabb.* | non ut *TC* | quesitam *T* ‖ 13 ipse *T* | se *om.* *TC* ‖ 14 i·e· *T* ‖ 15 ad *bis om.* *TC* ‖ 17 quia q·n·m·t·m·u·i· *V*, c·n·m·t·m·y·i· *C*, c·n·m· *T* ‖ 18 hac detur domum *C*, d·h·d· *T* | quod *T* ‖ 19 initiari *C*, ūtiari *T* | nec quicquam (neque quem *TC*; *corr. ed. pr.*) nisi qui cupit (cap^{t} *C*) eligitur (el- *ex corr. T*; eligi *W.*) *codd.*; numquid mirum si cupit deduci *Sabb.* ‖ 20 ⟨qui⟩ eunuchum *codd., corr. W.* ‖ 21 *ante* QVID *in codd. leguntur* 350, 1 uide — 3 fuit; *transp. Sabb.* | quod *C* | tute nunc *V* | fortunatus *sies* *V*, f·f· *T* ‖ 22 ut] et *T* | ^{potius}quām (*sscr. m. 2* = *dett.*) *V* | credat *om.* *TC*

370 **79** 1 QVID TVM ⟨P.⟩ uide quam molli descensu ad hoc consilium peruenitur; res enim hoc suggerit potius quam Parmeno, ideo quia seruum hoc suadere Chaereae nimis temerarium fuit.

366 **75** QVID ITA potuit intellegere statim seruus, sed ad hoc interrogat, ut spectator doceatur.

367 **76** 1 VIDEBIT COLLOQVETVR ADERIT VNA amatorie nimis quinque lineas amoris exsecutus est, adeo diligenter, ut etiam ordinem custodiret. 2 VIDEBIT COLLOQVETVR ADERIT VNA IN VNIS AEDIBVS mire amator non semel effudit hoc bonum, sed particulatim digessit, ut maior uoluptas futura esse noscatur. 3 VIDEBIT COLLOQVETVR ETC. istae enim sunt amoris lineae, etsi eas non omnes est persecutus.

370 **79** 2 CAPIAS TV ILLIVS VESTEM non semel ostenditur quid futurum sit, quia particulatim potest etiam quod turpe est tamen inmitti ad persuasionem, semel ingestum respuitur. 3 Ergo non dixit 'ibis pro eunucho', sed primo 'capies illius uestem'; tum deinde hoc ipsum non aspernante domino pergit seruus ad cetera, quae audaciora sunt. 4 VESTEM quam libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem ostendit.

371 **80** 1 AVDIO id est libenter. 2 Hoc est: admitto

1 tum V^2, dum TCV^1 | P. *add.* *W.* | discenssu *T* ‖ 2 hoc *om.* *C* | peruenit *T* | hec *T* ‖ 3 cherea *TC* ‖ 5 intelligitur *TC* ‖ 7 VIDEBIT *om.* *TC* | c· *B* | a·u· *T*, ad·in· *B* | amatorie *om.* *TC* ‖ 8 quinque — VNIS *om.* *TC* | quinque *om.* *B* | adeoque *ed. pr.* ‖ 10 AEDIBVS] a duobus *T*, (*add.* diebus) *C* | non] nam *C* | simul *B* ‖ 11 particulatim (im *in mg. m. 2*) *V*, particulatim ⟨potest etiam quod turpe est⟩ *B* (*cf. infra*) ‖ 12 nascatur *C* | VIDEBIT — sunt *om.* *B* | col· *T* ‖ 13 iste *C*, item *T* | sunt enim *V* | amoris — persecutus] non tamen omnes lineas amoris hic executus est *B* | eas ⟨omnes⟩ *TC* | nam *T* ‖ 15 capies *T* | tu *in mg.* C^1 | TV — VESTEM] t·i·u· *T*, etc· *B* ‖ 16 quod *B* | sit] est *B* | potest etiam *post* est *V* ‖ 17 turbe *T* | tamen inmitti *W.*: tā mitti *B*, iam mitti *TC*, tamen admitti *V* | persuasionem *V*, suasionem *TC* | in gestum *B*, in iestum *T* ‖ 18 dixi *C* | ibis pro *V* ‖ 19 illius uestes *B*, uestem illius *T* | cum *T* | aspernente *C* ‖ 21 audiat *om.* *B* | dictorum *V* ‖ 23 ⟨chereani (chereae *V*)⟩ audio *codd., corr. Steph.* | libenter. Hoc est *om.* *B*

et consentio, ut in Phormione (*II 1, 6*) 'audio et fateor' et contra (*ib. III 2, 1*) 'non audio'.

372 **81** INTELLEGO 'audio' et 'intellego' uim modo non usitatam exprimunt, scilicet consentientis immodicum affectum.

373 **82** 1 CIBVM VNA CAPIAS bene seruus interturbauit supra dictas amandi lineas et ordinem uoluptatum, quippe qui amare non nouerit. 2 CIBVM VNA CAPIAS ADSIS TANGAS LVDAS PROPTER DORMIAS etsi sat erat superior uersus, tamen incentiua sunt amatori etiam singillatim haec enumerata, quae una sententia superior uersus ostenderat.

374 **83** 1 QVANDOQVIDEM ILLARVM pro 'ex illis'. 2 QVISQVAM ideo 'quisquam', quia q u a e q u a m dicere absurdum est. 3 ILLARVM QVISQVAM 'quisquam' multis exemplis probatur etiam feminino genere ueteres protulisse, *ita ut numeris et generibus haec pronomina infinita sint.* 4 NEQVE SCIT QVI SIES hoc est quod supra (*v. 68*) callide poeta praestruxit.

375 **84** 1 PRAETEREA FORMA ET AETAS IPSA EST deest 'in te'. 2 FACILE VT PRO EVNVCHO PROBES f o r m a m scilicet et a e t a t e m: formam, quia pulcher, aetatem, quia ephebus. 3 FACILE VT PRO EVNVCHO PROBES 'probes' nunc f i n g a s aut

1 ut *om. B* | et *om. C* | contra *in ras. V*² ‖ 3 et] etiam *T* ‖ 4 exprimunt *B* (*t. Wiss.*), exprimi*t V*, -it *TC* | sed *codd., corr. Steph.* ‖ 5 u · ca · *B*, u · c · *T* ‖ 7 amore *T* | ci · u · ca · assis *B* | CAPIAS — DORMIAS] a · t · l · d · *T* ‖ 8 prope *V*, *om. C* | erit *TC* ‖ 9 intentiua *T*, incendiua *C* | amori *B* | singulatim *TC* ‖ 10 ostenderet *TC* ‖ 11 QVANDOQVIDEM *om. B* ‖ 12 ideo *Sabb.*: · i · *V*, idem *TC*, uel *B* | quicquam *B*, quaequam *V* | quia *om. B* (*t. Sabb.*) | quaequam *V*, quemquam illarum *TC*, quendam *B* | dicere *post* est *TC* ‖ 13 ILLARVM *om. TC* | quisquam] quemquam *B*, quisquam quemquam quemquam *C*, quis quemquam (?) quamquam *T*, quisquam quaequam quaequam *V* ‖ 15 et *om. BCV* | sunt *BTC*, sunt *V* ‖ 16 sciet *V* | qui siet *C*, q · s · *T* | calide poeta *T*, poeta callide *B* ‖ 17 prescripsit *TC*, praestrinxit (u *supra* n) *V* ‖ 18 PRAETEREA *et* ET *om. B* | AETAS] e · *BT* | IPSA] t · *T* | EST] e · *T*, *om. B* ‖ 19 EVNVCHO] e · *B* | proberis *V*, p · *BT* | et] ad *TC* ‖ 20 pulch*er* ⟨es⟩ *V*, pulcra *B*, pulcrā *TC* | quia] quae *C*, et *T* | ephebis *T*, phebus *C*, epheb*us V* ‖ 21 facile u · p · e · *T*, *om. B* | PROBES] pro · *B*, p · *T* | probes *om. BTC* | nunc *om. B* | aut] atque *CV* (*B t. Wiss.*)

persuadeas, ut in consuetudine dicimus 'homo sacrilegus pro innocente se probauit', et Cicero (?) 'hoc tu his probabis'. itaque deest 'te', quod subaudiemus, ut sit: pro eunucho te probes. 4 PROBES ut (*Verg. Aen. IV 401*) 'migrantis cernas'. 5 Aut 'probes' persuadeas. 6 *Et* simul honeste non dixit, quod erat rectum, 'ut eunuchum probes', sed 'pro eunucho', ne esset contumeliosum in Chaeream.

377 86 1 ORNA ME NVNC IAM hortatiue 'orna me' dixit, non 'dispolia' aut 'exue me'. 2 ABDVC ⟨DVC⟩ abducimur unde uolumus, ducimur quo uolumus. 3 QVANTVM POTES deest 'cito'.

378 87 QVID AGIS callide seruus non uult auctorem se uideri tanti facinoris.

379 88 1 QVO TRVDIS comici semper ea ostendunt fieri ab altero uerbis alterius personae, quae ostendi per se ipsa non poterant; ut nunc manu agere Chaeream Parmenonem Parmenone ipso dicente cognoscimus. 2 QVO TRVDIS praebet se ui cogendum domino, quem compulit dictis.

3 PERCVLERIS IAM TV ME peruerteris, unde prouerbium 'bene plaustrum perculit'. 4 TIBI EQVIDEM DICO ⟨MANE⟩ singillatim ista pronuntianda sunt, ex quibus intellegatur non cessare Chaeream, quin adhuc impellat et trudat.

380 89 1 PERGISNE quasi uero ioco dixerit, non serio.

2 pro *ed. pr.*: primo *codd.* | innocentem *V* | tu is *TC* | probab̄ *B* ‖ 3 quod *om. C* ‖ 5 migrantes *B* ‖ 7 sed *om. C* | nec *C* ‖ 9 iam nunc *B* | hortatiue *om. TC* | me *om. B V* ‖ 10 despolia *B* | ^{au}ẹt *V* | adhuc *B* | DVC *add. Sabb.* | abducimus (-dic- *T*) *TC* ‖ 11 ducimus *TC* | quo *n*olumus *V* ‖ 12 POTES] pot^{s} *B* ‖ 13 ais *C* | calli *C* | auctorem (*post* uideri) *B*, actorem *TC* ‖ 15 trud*i*s *V* | ab *sscr. V*^{2} ‖ 16 ostendi per se *Steph.*: ostendisse *codd.* | ipsa non *V* (*om. dett.*), ipsa *TC* ‖ 17 parmenonem *T*, parmenone *BCV*; *utrumque Westerh.* ‖ 18 quod rudis probet serui *TC* ‖ 19 domino *in* -num *corr. T* ‖ 20 IAM TV ME *om. B* (*t. Sabb.*) ‖ 21 bene] d^{r}i *T* | perculit (t *add. m. 2*) *V* | ibi *TC* | MANE *add. dett.* ‖ 22 singulatim *B*, sigillatim *TC* | ista *Steph.*: mixta *BCV*, mista *T* ‖ 23 quia *TC* | adh^{v}ọc *V*, adhunc *T* | trudat et impellat *B* ‖ 24 pergin *V* | dicitur *C*

2 NE NIMIVM CALIDVM periculosum. 3 Sed melius 'callidum' legitur. 4 ⟨NE⟩ NIMIVM prouerbiale, quia 'nimium' propria uox est.

382 **91** 1 FLAGITIVM FACIMVS 'flagitium' more militari dicitur res flagitatione, hoc est increpatione, digna. 2 Nam flagitatio a strepitu dicitur, unde flamma et flagella et flagellare, id est personare, intellegimus dici. nam haec omnia sine sonitu crepituque non sunt. 3 AN ID FLAGITIVM EST an liceat, an deceat. et prius quia licet.

381 **90** 1 AT ENIM ISTAEC IN ME CVDETVR FABA *παροιμία*, id est: in me hoc malum recidet, in me haec uindicabitur culpa, ut laborat solum, in quo cuditur, id est batuitur faba, cum siliquis exuitur tunsa fustibus, ut in areis more rusticorum fit. 2 Vel quod quidam male coctam fabam et quae non maduerit sed dura permanserit, supra caput coqui ⟨cudunt⟩ *uelut ipsi fabae irati, dum eius granum saxo comminuunt*: tum uniuersum malum et omnis dolor ad coquum peruenit. simile et alibi (*Phorm. II 2, 4*) a pulmento prouerbium est 'tute hoc intristi, tibi hoc est exedendum, accingere'.

382 **91** 4 AN ID FLAGITIVM EST Terentius laudat argumentum huius fabulae, in quo exemplum promitur, quod prosit

1 ne nimium callidum *BTC*, *om. V* ‖ 2 quia] Et *Sabb.* ‖ 4 facimus *sscr. T*, facinus *V* | flagitium *om. T* | militari more *B* ‖ 5 flagiṭạtione *V*, flagitione *C*, -ose *T* | id est *B* ‖ 6 ⟨non⟩ nam *BTC* | ⟨flagitium⟩ flagitio *TC* | ad strepitum *codd., corr. Steph.*; ad crepitum *vel* a crepitu *dett.* | flamma (-mina *m. 2*) *V* | et *om. C* ‖ 7 fragella *C* | flagrare *B* ‖ 8 non *om. T* ‖ 9 fla· (*om.* EST) *B* | deceat] detineat *TC* ‖ 11 at enim isthec in m· *T*, *om. B* | cu· *BV* | f· *BTV* | ΠΑΡΟΙΜΙΑ *B*, *παροιμῖα V*, ***** *C*, *om. T* ‖ 12 haec] $\overset{\text{uius}}{\text{hoc}}$ $\overset{\text{i}}{\text{malum}}$ (*corr. m. 2*) *V* ‖ 13 culpa *om. T* | laboret *C* | cuditū *C* | batitur *B*, *teri*tur *V* (= *dett.*), teratur *TC* ‖ 14 cum si aliquis *T* | tonsa *V* ‖ 15 quidem *V* ‖ 16 factam eque non *T* | manducauerit *TC* ‖ 17 cudunt *add. Sabb.* | uelut] uult *C* | iracidum *C* | eis *CV* ‖ 18 comminuunt] mminutum *T* | omnis labor *V* ‖ 19 peruenit] conuertitur *T* ‖ 20 intriuisti *B* | tibi *om. B* | hoc est] omne est *Ter.* ‖ 21 ex ecundum *T* ‖ 22 flagi*cium est V*, flagitiose *BTC* ‖ 23 promittitur *TC*

parentibus, obsit meretricibus; et simul deliberationibus tractans, ⟨an⟩ sit faciendum. 5 SI IN DOMVM MERETRICIAM DEDVCAR hoc tale est, ut nulla lex prohibeat, ut defendatur esse licitum.

383 **92** ET ILLIS CRVCIBVS QVAE NOS NOSTRAMQVE ADVLESCENTIAM hoc iam ad illud pertinet, ut ostendatur decere. et primo a persona eius, cui fit.

384 **93** 1 HABENT DESPICATAM contemptam ac despectam. et est *παρένϑεσις μεταπλασμός*. 2 Vel certe alterius uerbi declinatio, ab eo quod est c o n s p i c o r despicor. Sallustius (*Iug. 49, 5*) 'cum interea Metellus monte degrediens cum exercitu conspicatur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet.'

385 **94** 1 NVNC IAM REFERAM GRATIAM non eas, inquit, lacessam, sed quod iustum est, uicem reddam: quasi ipse in aliis laesus sit. 2 VT AB ILLIS FALLIMVR non dixit 'alii falluntur'.

386 **95** 1 AN POTIVS HAEC PATI AEQVVM EST FIERI illic uicissitudo est, at in patre dolus. 2 VT A ME LVDATVR DOLIS *σύλληψις*: auditur 'pater'.

2 tractatis *V*, tractat *dett.* | an *add. Sabb.* | sit *Goetz*: id *codd.* | meretriciam domum *B* ‖ 3 deducat *TC* ‖ 4 esse *Sabb.*: et *BTC*, quod *in ras.* V^2 (= *dett.*) | licitum] ē *add.* V^2 (= *dett.*) ‖ 5 quae nos n · a · *V*, *om. B* | ADVLESCENTIAM] attulit scientiam (-ia *T*) *TC* ‖ 6 docere *T*, dicere *C* ‖ 7 primo *om. T* | a *sscr.* V^2 (= *dett.*), *om.* $BTCV^1$ ‖ 8 HABENT *om. B* | despectam *T*, despicita *C* | ac despiatam *T*, *om. B* ‖ 9 est *om. T* | parentesis ita · ΡΕΝΘΕCIC · ΜΕΤΑΠΟCΜΟC *B*, *παρένϑεσις μεταπλήσμος V*, ******** *C*, *om. T* | uel *certe V*, *om. T* | alterius *in ras.* V^2 (= *dett.*), altius *C*, illius *T*, alii *B* ‖ 10 ab eo] habet *B* | est *om. B* ‖ 11 cum incerta *TC*, *om. B*; cum interim *Sall.* | monte — exercitu *om. B* | digrediens *CV* ‖ 12 conspicatum *TC* | quidnam — ostenderet] etc · *B* ‖ 14 nunc (IAM *om.*) ^{re}fer^{am} g^{ratiam} (*sscr. m. 2*) *V*, gratiam *B* | non ⟨iam⟩ *T* | inquit eas *B* ‖ 15 quid *TC* ‖ 16 ut ab *his V*, ut ab aliis *TC*, *om. B* | f. *V* | nam *C* ‖ 17 alii *om. TC* ‖ 18 hoc *BC* | paciar *B* | f · *V* | illa *B* ‖ 19 est at *Sabb.*: extat *codd.* | dolus — pater *in mg.* V^2 | dolis *TC*, dot *V* ‖ 20 DOLIS *om. TCV* | ΕΫΛΛΗΛΙΨΙC *B*, sylēpsis *V*, **** *TC* | subauditur *V*

387 **96** 1 QVOD QVI RESCIVERINT a consequentibus argumentum; nam illud factum uituperatio sequitur, hoc approbatio. 2 ILLVD MERITO FACTVM OMNES PVTENT bene non ‘iudicent’, quia et hoc ipsum non satis probum est, id est meretricem fallere.

388 **97** 1 QVID ISTIC aduerbium est aegre concedentis. 2 FACIAS pro facito. 3 VERVM deest ‘uide’. 4 VERVM NE POST CONFERAS CVLPAM IN ME si ‘ne’ prohibentis est, nihil deest, si percunctantis, item; sin ‘ne’ ne forte, deest ‘timeo’. 5 VERVM NE POST CONFERAS CVLPAM IN ME in hoc negotio non auctor uult interesse, sed seruus.

389 **98** COGO ATQVE IMPERO euidenter ostendit plus esse imperare quam iubere.

390 **99** 1 NVMQVAM DEFVGIAM AVCTORITATEM ⟨‘numquam’⟩ pro non, ut (*Verg. Aen. II 670*) ‘numquam omnes hodie moriemur inulti’. 2 NVMQVAM DEFVGIAM AVCTORITATEM non, inquit, recusabo facere, dum tu auctor facti sis.

III.

1.

391 **1** 1 MAGNAS VERO AGERE GRATIAS THAIS MIHI hic sermo sic prodit, ut post scaenam incohatus esse noscatur. continet autem assentationem parasiticam et stultitiam gloriosi militis. 2 AGERE plus sonat infinitus modus finito.

1 quodque qui *TC*, quod si *V*, quod *B* | rescierint *TC* | sequentibus argumentis *B* ‖ 3 ILLVD — OMNES *om. B* ‖ 5 id est *ed. pr.*: uel *codd.*; uidelicet *Sabb.* ‖ 6 quod *B* | istuc *TCV*, istis *B* | est *om. B* | aegre *ex* agere *corr. V*[2] | consedentis *T* ‖ 8 postea *B* ‖ 9 con · t · r̄ · m · *T* | percuntantis *B*, percontantis *CV* | item; sin ne *Rabbow*: ut sint · e · *B*, ut sint (sit *V*) *TCV* ‖ 10 n · p · con · in m · *T* | postea *B* ‖ 11 autor *T*, actor *B* | sed *om. TC* ‖ 12 rogo atque in p · *T* ‖ 14 de · au · *B*, de · f · a · *T* | numquam *add. Klotz* ‖ 16 moriamur *TC* | defugiam a · *T*, etc · *B* ‖ 17 inquit *om. B* | tu ⟨tamen⟩ *dett.* | autor *T*, actor *BC* | scis *T* ‖ 18 uero agere g · t · m · *T*, etc · *B* | gratias agere *V* ‖ 19 cenam *B* | incoactus *T* ‖ 20 adsentationem *V*

392 **2** INGENTES uide quantum adiciat parasitus: ille 'magnas' dixit, hic respondit 'ingentes'; ille 'laeta est', hic 'triumphat'.

393 **3** 1 ID VERO SERIO 'id' ob id, ut (*I 2, 70*) 'id amabo adiuta me'. 2 ID ob id alias, at nunc παρέλκεται, *id est productionis locus est.* 3 QVAM ABS TE DATVM ESSE maioris est gratiae tantum potuisse amorem militis, ut meretrix minus laetetur ob lucrum.

394 **4** 1 TRIVMPHAT ut militaribus dictis tangit militem parasitus! 2 HVC PROVISO VT VBI TEMPVS SIET tertia persona uenit in scaenam, sed separatim loquitur et secum.

395 **5** 1 SED ECCVM MILITEM iniuriose 'militem', *honorifice proprio nomine dicitur,* ut ⟨in⟩ subiectis (*III 2, 1*) 'audire uocem uisa sum modo militis'. 2 EST ISTVC DATVM fato decretoque concessum, ut (*Verg. Aen. VII 313*) 'non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis'.

396 **6** 1 VT GRATA MIHI SINT QVAE FACIO OMNIA gratae nobis aut res aut personae sunt; sed nunc res dicit.

397 **7** 1 ADVERTI HERCLE ANIMVM approbauit dictum. et hoc ⟨est⟩ (*II 2, 21*) 'ait? aio'. 2 VEL REX MIHI SEMPER GRATIAS MAXIMAS AGEBAT quam intempestiue miles ad regem transitum fecit, cum de meretrice agatur!

396 **6** 2 QVAE FACIO OMNIA ἔλλειψις uel σύλληψις.

1 INGENTES *om. B* ‖ 2 hinc *T* | respondet *C* | ingentis *B* | illa *B* ‖ 3 uere̊ *V* | SERIO *om. B* | id ⟨est⟩ ob id *B* | ut id *om. TCV* | adiuta me *om. T* ‖ 4 ID — alias] serio (ferio *C*) id ob id amabo alias *BCV*, al' *T* | at non *B*, habuimus sic *T* | ΠΑΡΕΛΡΕΤΑΙ *B*, παρελκεται (εται *in ras.*) *V*, ita · ***** *TC* ‖ 7 laceretur *T* ‖ 8 ut] nunc *TC* | tangat *V* ‖ 9 HVC PROVISO *om. B* | ut u · t · *T* | SIET] s · *TV* ‖ 10 scena *TC* ‖ 11 honorificum *T* | 12 dic̄ *in ras. V*[2] | ut] ait *T* | in *add. ed. pr.* | subiectus *B*, sub tectis *V* ‖ 13 audire *om. B* | sum uisa *V* | modo *om. BV* | militis *ante* uisa *T*, *om. B* ‖ 14 facto *T* | concessam *TC* ‖ 15 latinos *BV* ‖ 16 ut grata m · s · q · f · o · *T*, grata mihi *B* | MIHI *om. V* ‖ 17 uobis aures *BTC* | aut *2. om. TC* | dicit] d · *B* ‖ 18 aduerte *C* | ercle a · *T*, h · a · *B* | et — aio *om. V* ‖ 19 est *add. W.* | MIHI — AGEBAT] etc · *B* | s · g · m · a · *V*, g · s · ha · *T* ‖ 20 MAXIMAS *om. TC* | intempestiuo *T* ‖ 21 facit *TC* | agitur *T* ‖ 22 ΕΛΑΙΨΙC uel CΨΑΙΑΟΑΙΨΙC *B*, ἐλληψισ uel συλληψισ *V*, ***** *C*, *om. T*

397 **7** 3 VEL REX ut in Hecyra (*I 1, 3*) ‘uel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi, quam sancte’. 4 VEL REX MIHI SEMPER ⟨MAXIMAS⟩ AGEBAT subauditur ‘gratias’ ab eo quod supra (*v. 1*) dixit ‘magnas uero agere gratias Thais mihi?’

399 **9** PARTAM GLORIAM id est quae paritur, ut (*Verg. Aen. XII 651*) ‘uectus equo spumante Saces’.

400 **10** 1 QVI HABET SALEM sal neutraliter condimentum est, masculine sapientia. 2 VERBIS SAEPE IN SE TRANSMOVET QVI HABET SALEM mire adulatur: hoc attribuit militi quod minime habet, uel u e r b a uel s a l e m.

401 **11** 1 QVOD IN TE EST quod tu habes. 2 HABES intellegis. quod enim tenemus corpore, habemus quoque; item animo quod habemus, intellegimus. 3 HABES pro intellegis. sic dicitur ‘accipe’ et ‘da’. 4 HABES id est dicis, ut Sallustius (*Hist. II fr. 5 M.*) ‘Tartessum, Hispaniae ciuitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddirum habent’. 5 REX TE ERGO IN OCVLIS SCILICET GESTIRE uide inconditam properationem laudari se cupientis adeo, ut non sinat uerba compleri, quin praefestinet ‘scilicet’ et ‘uere’ dicere.

1 echira *codd.* ‖ 2 quoties iurabat *B* ‖ 3 mihi s · a · *T*, semper mihi g · a · *V* | subauditur *om. C* ‖ 4 uero a · g · t · m · *B*, uero agere (*om. T*) gratias ⟨ab eo quod⟩ thais mihi (*bis* mihi *C*) *TC* ‖ 6 id est] a *T* | partitur *B*, paratur *V* ‖ 7 uectos *TV*, uectas *C* | equos *TCV* | spumantis acer *codd.* ‖ 8 qui salem habet *TC*, *om. B* | naturaliter (n͞al'r *C*) *TC* | condumentum *T*, comedentium *V* ‖ 9 est *om. B* | masculini *TCV*, -num *B*, *corr. Klotz* | sepe in se (in se saepe *V*) t · q · h · s · *TV*, etc · *B* | transfert *C* ‖ 10 adulator *T* | hoc] hec *T*, qui *B* ‖ 11 uel *1. om. B* ‖ 12 HABES *om. BTC* ‖ 13 enim] ẽ *C* | quoque *om. TC* | habemus] animo *T* ‖ 15 et] hec *TC* | id est] idem *TC* ‖ 16 dicis *om. T* | ut *om. B* | Lartes sum *B*, Laressum *V*, Lercesum *C*, lēctessum *T* ‖ 17 quam] iam *T* | tirii nunc *TC* | gadirum *BV*, garidum (-tum *T*) *TC*; Gaddir *Prisc.* ‖ 18 ERGO] q$_3^o$ *TC* | o · *T* | SCILICET] s · *TV*, *om. C* | gestiri *B*, gestari *C*, g . *T* ‖ 20 quin] cum *TC* | praefestinet (*add.* mei) *T*, praefecti mei *BV*, praefecti *C* ‖ 21 uere] uerum *TC*

1 pulchritudini *C* | huius muneris (*in mg.* uel iuuenis = *dett.*) *V*, huius (*ex* eius) huius *C*, huius *T* ‖ 2 proficit] ꝑ sic̄ *T*, pro sicut *C* ‖ 3 corites *TC* | quid *T* ‖ 4 honeste *TCV*, -sta *dett.* | ἐλλήψισ *V*, **** *C*, *om.* *T* ‖ 6 eutontumerũ *C*, eutontũ *T*, eautontumerumenon *V* | uidentis *T*, udentem (*post* amicam) *C* ‖ 9 id est *om.* *TC* | talia] tanta *TC* ‖ 10 soli sibi *TC* | p· *T* ‖ 11 et] ut *codd.* | ipsum (st *superscr.*) (*corr. m. 2*) *V* | aemulum] eunuchum *C* | quo(a)d *V* ‖ 13 ET *om.* *V* | e·c· *T* | potuit dici *TC* ‖ 14 phedria *TC* ‖ 15 futuri *ex* -rum *corr.* *T* | metuerētur *C* ‖ 17 NARRAS] n· *T* | tantum] tñ *T* ‖ 18 NEQVE] nec *C* ‖ 20 sit *T* ‖ 21 forma *Steph.*: fortuna *codd.* ‖ 22 ut salustius (salus *C*, sal' *T*) quoque fatetur (fateatur *TV*) haec sunt (sint *C*, si nunc *V*) uirtutis insignia *codd.*, *transp.* *Maurenbr.* ‖ 23 tamen esse *om.* *Gellius II 27, 2* ‖ 24 letabitur *TC*

483 **30** 1 NEQVE OBSTAT TIBI qui a te repellat amatores tuos. 2 QVOD QVIDAM FACIT 'quidam' recte, nam et figuratum et aptum sententiae est et contemptum indicat hoc uerbum.

484 **31** 1 VBI MOLESTVM NON ERIT ad superiora (*v. 27*) rettulit, quod nunc dicit, ad 'non sibi ⟨soli⟩ postulat te uiuere et sua causa excludi ceteros neque pugnas narrat' etc.

2 [VBI MOLESTVM NON ERIT] VBI TV VOLES VBI TEMPVS TIBI ERIT ad 'neque tibi obstat' (*v. 30*). 3 *Et* mire occupat animum meretricis, cum illam huius impulsu inducit facere, quicquid dure fecit excludendo Phaedriam. hic igitur, qui scit praecepta de beneficiis aestimandis, intellegit oratorie in utramque partem dicta omnia. 4 VERVM VBI MOLESTVM utrum t i b i molestum an a l i i s? sed a l i i s, quia illaturus est 'ubi ⟨tu uoles, ubi⟩ tempus t i b i erit'. 5 VBI TV VOLES non 'amator' sed 'tu'. 6 VBI TV VOLES non ut nunc in milite pateris.

485 **32** VBI TEMPVS TIBI ERIT SAT HABET SI TVNC RECIPITVR his dictis et militem reppulit ab animo meretricis et commendauit adulescentem et perfecit, ne iniuria uideatur, ut quae sponte susceperit Phaedriam.

486 **33** 1 APPARET SERVVM HVNC DOMINI ESSE PAVPERIS tristiores enim sunt serui pauperum et ob hoc ipsum nequiores. 2 *Et* hoc melius erat, quamuis illud aliter parasitus exponat. 3 DOMINI PAVPERIS MISERIQVE '⟨miseri-

1 obtat *C* ‖ 2 QVIDAM] quidem *T*, (e *in* a *corr.*) *C* | f· *T* ‖ 4 uerum *V* ‖ 5 n·e· *T* ‖ 6 dicit ⟨scilicet⟩ ad *dett.*: d·a·d· *TCV* ‖ 7 et s·c·e·c·n·p· *T* | narrat pugnas *C* | etc. *om.* *T* ‖ 8 VBI — ERIT (erat *C*) *secl.* *W.* | ubi t·u· *T* ‖ 9 ad (*Steph.*, an *codd.*) neque tibi obstat ubi tempus tibi erit *codd.*, *transp.* *W.* ‖ 10 illam] iam *V* ‖ 12 quis sit (^c^sit *C*) *TC* | extimandis *C* ‖ 13 utraque *T* | parte *TC* ‖ 14 MOLESTVM] m· *V* ‖ 15 inlaturus *TC* ‖ 16 non *om.* *C* | amatori *TC* | tu *om.* *T* ‖ 18 TVNC] nunc *C* ‖ 20 adolescentem *ex* -tes *corr.* *T* | fecit *V* | ut quae *W.*: aut quae (quod *T*) *TC*, apud thaidem (*in ras. m. 2*) quae (*sscr.*) *V* (= *dett.*) ‖ 21 susceperat *C* ‖ 22 h·d·e·p· *T* ‖ 23 tristiores enim sunt *in ras.* V^2 | serui *om.* *TC* ‖ 24 melius *dett.*: miles *TC*, *in ras.* V^2 ‖ 25 domini ⟨que⟩ *TC* | miserique *add.* *W.*; miseri *post* additum *ed. pr.*

que⟩' bene additum, quia non continuo pauper et m i s e r est.

487 **34** 1 NAM HERCLE NEMO POSSET secundum illud (*II 2, 21*) 'ait? aio' approbat parasitus quod miles dixit. et est ordo: nam hercle satis scio, nemo posset hunc perpeti, qui haberet, qui pararet alium seruum. 2 NAM HERCLE NEMO POSSET aliam causam subtilioremque supposuit, quam quam dixerat miles.

488 **35** QVI HABERET QVI PARARET prius 'qui' pronomen, sequens aduerbium est.

489 **36** QVEM EGO ESSE INFRA INFIMOS OMNES PVTO HOMINES multum dixit 'infra infimos omnes homines', nam hac sententia uult seruis esse peiorem, quia et seruus homo, ut in Phormione (*II 1, 62*) 'seruum hominem causam orare leges non sinunt'.

490 **37** QVI ADSENTARI HVIC ANIMVM INDVXERIS proprie, nam a n i m u s i n d u c i t u r aduersum obiectas difficultates.

491 **38** 1 E FLAMMA PETERE TE CIBVM POSSE ARBITROR unde sine damno aut malo nihil potest auferri. 2 E FLAMMA hic intellegitur non e f o c o, sed e x m e d i o i g n e aut e x i n c e n d i o; nam antiquum uerbum est 'cibum petere e flamma'. 3 Mordicus utrumque. simul et nescias quem plus uituperauerit, huiusne famem an illius immanitatem

1 non *om. C* ‖ 3 POSSET] p · *TV* ‖ 4 aiunt aio *V* ‖ 6 haberet qui *om. TC* ‖ 7 subtilioremque supposuit quamquam et miles dixerat *TC*, subtiliorem ⟨assignat parasitus (*in mg. m. 2*)⟩ q *praesupponit hanc quam* dixerat miles *V* (= *dett.*) ‖ 11 quem ego infra esse infimos omnes puto homines *C*, quem ego infra e · i · o · p · h · *T*, quem ego *esse* infra i · o · p · h · *V* ‖ 12 infirmos *T* | omnis *C* | hac *ed. pr.*: haec *V*, ex *TC* ‖ 13 uult seruus *TC*, uult ⟨*hominem etiam*⟩ seruis *V* (= *dett.*); uult ⟨illum hominem⟩ seruis ⟨etiam⟩ *ed. pr.* ‖ 14 seruus *TC* ‖ 16 assentari *TC* | induxerit *CV* | ⟨et⟩ proprie *V* ‖ 18 perdere *T* | TE *om. V* | posse (-set *T*) cibum arbitror · (-trψ *C*) *TC* ‖ 19 ⟨petere cibum hoc est alimentum⟩ unde *dett.* | E FLAMMA] et flammas (flamas *C*) *codd.* ‖ 20 intellegitur *W.*: intelligi ut *TC*, intellexit ut *V*; intellegi uult *Schoell* | e *om. TC* ‖ 21 nam — est] nam hic intelligi ut non foco *TC* | e] o *T* ‖ 22 flama *C* | mordicus (-tus *T*) *TCV*; mordaciter *dett.* | similis et *C*, · s · et *T* | quae *V* ‖ 23 plus *W.*: prius *TV*, (*in mg.* peius *m. 1*) *C* | uituperauit *T* | illius *inanitatem V*

uel uoraginem. 3 *Et* simul uide inde conuitium redditum, unde congestum est, id est de egestate atque pauperie.

492 **39** 1 IAMNE IMVS odium Parmenonis et stomachum militis ista indicat festinatio. 2 *Et* τὸ 'iam' increpatio morae est.

493 **40** POSTEA HVC CONTINVO EXEO legitur et 'post', ut sit ἀποκοπή pro 'postea', quomodo 'post' pro postremo.

494 **41** EGO HINC ABEO consequens erat, ut offenderetur miles tam diligenter riualis munus suscipiente meretrice.

495 **42** 1 VNA IRE CVM AMICA IMPERATOREM IN VIA uide προπαρασκευήν futurae litis inter Thaidem ac militem. 2 CVM AMICA mirifice 'amicam' dixit, non 'meretricem'. 3 IMPERATOREM IN VIA congrue in militem, quasi ipse sit sub quo est. 4 *Et* hic seruat Parmeno, quod sibi mandatum est (*II 1, 8—9*) 'et istum aemulum, quoad poteris, ab ea pellito'. 5 *Et* bene immutauit nomina hinc ad honorem, hinc ad inuidiam: hanc non 'meretricem' sed 'amicam' dixit, hunc non 'militem' sed 'imperatorem'.

496 **43** 1 QVID TIBI EGO MVLTA DICAM DOMINI SIMILIS ES non habuit aliud miles stultus, sed rediit ad illa quae dixit (*v. 33*) 'domini pauperis miserique'. 2 DOMINI SIMILIS ES ineptus iocus, in quo seruus iniuriae uice domino comparatur.

2 coniectum *TC* | paupertate *T* ‖ 3 IMVS] minus *TC* ‖ 4 ista *om. TC* | τὸ *W.*: tota *codd.* ‖ 5 mora est *codd., corr. Steph.* ‖ 6 POSTEA] post *TC* | hunc *T* | post ⟨te⟩ *C*, post ⟨eo⟩ *T* | ut] quod *T* ‖ 7 *ἀποκοπή*] *ὀυποδωπηδε* (*οὐ in ras. m. 2*) *V*, ΔΡΚΩΤΙΗΔΕ *cod. Cuiacii*, ****** de *TC* | pro *2. om. C* ‖ 8 o|ñderetur (ff sscr.) (*corr. m. 1*) *V*, õndatur *TC* ‖ 9 minus *T* | suscipiet (n, e sscr.) meretrice (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 11 *ποοπαραxεύη V*, ****** *TC* | futuꝶ *T* ‖ 13 in *om. T* | milite *TC* ‖ 14 hinc *T* | quod] ut *TC* | sibi *in mg.* V^2, *om. C* ‖ 15 est *om. TC* ‖ 16 bene *om. C* | huic . . huic *V*, hinc . . hic *TC*, hinc . . hinc *dett.* ‖ 19 ES] ē *C* ‖ 20 sed *W.*: et *V*, ẹ̈ṭ *T*, *hic om. C* (*cf. infra*) | quae] ꝗ *TC* ‖ 21 domīni pauperis miserique *in mg.* V^2 | miserique *om. TC* | domini similis es *in mg.* V^2 | domini ⟨que⟩ *TC* ‖ 22 est ⟨non (nam *T*) habuit — dixit⟩ *TC* (*cf. supra*) | locus *codd., corr. ed. pr.* | "in quo seruus "iniuri*ae V* | uice] mee *C*, mē *T* ‖ 23 domino *in* -ni *corr.* V^2

497 **44** QVID RIDES et hoc eo uultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles facete dicti conuitii. nam non quo nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit, sed ideo ut denuo laudetur.

498 **45** 1 ET ILLVD DE RHODIO DICTVM hoc est illud (*II 2, 19*) 'eorum ingenia admiror simul'. 2 *Et* hinc ut apparet fit amicior; ideo facilius ab amica quam ⟨a⟩ parasito separabitur.

499 **46** 1 ABI PRAE CVRRE VT SINT DOMI PARATA non dicit q u a e, quia intellegitur.

500 **47** FIAT 'faciam' uel 'fiet' diceret seruus, liber uero tamquam et ipse iubet sibi.

499 **46** 2 VT SINT DOMI PARATA *ἔλλειψις* ethica, in qua plus uultu significatur quam uerbis.

501 **48** SI FORTE HVC CHREMES ADVENERIT *οἰκονομία* ad litem futuram et exitum fabulae. et hoc non audit miles; nam si audiret, nimis irasceretur.

503 **50** AD ME ADDVCITO 'ad me' modo u b i s u m significat.

504 **51** QVID QVID ALIVD VOLVI DICERE hinc est illud Ciceronis (*in Verr. II, IV 3, 5*) 'quem? quemnam? recte admones, Polycletum esse dicebant'.

505 **52** 1 CVRATE ISTAM DILIGENTER VIRGINEM haec res est, quae faciet uirginem claudi, in lectulo collocari et

1 quasi] quis *C* ‖ 2 facete (actum *sscr. m. 2* = *dett.*) *V*, facere *TC* | dicti ⟨ē⟩ *TC* ‖ 3 eo interrogat *Steph.*: ergo interrogabat *TCV* | reserit *T* ‖ 4 de nouo *TC* ‖ 5 DE] e *TC* | dictum ⟨est⟩ *TC* ‖ 7 ut *om. TC* | fit (f *ex* ſ *corr.*) *V*, ſit *TC* | amicitior *codd., corr. Steph.* | a *add. ed. pr.* ‖ 9 alii praecurre p̄ · (p · *T*) u · ac · praecurre (-cure *T*) ut sint dig (i *sscr.*) (d · *T*) parata (p · *T*) *TC* | dixit *T* ‖ 11 FIAT] fiet *V* | uero] u (i *sscr.*) *C*, ubi *T* ‖ 12 tanquam metipse *V* ‖ 13 p · *T* | ἔλληψισ ethica *V*, **** ethca *C*, **** et ea *T* ‖ 14 uult *C* ‖ 15 HVC] ut *TC* | ad ⟨me⟩ uenerit *TC* | oeconomia *sscr.* V^2, ***** *C*, *om. T* ‖ 17 nimis *dett.*: minus *TV*, manus *C* | irascitur *TC* ‖ 18 AD] ac *T* | ad me *Klotz*: modo *in mg.* V^2, *om.* TCV^1 ‖ 19 *uolui V* | hic *TC* ‖ 20 quemquam nam *codd.* | recte *om. V* ‖ 21 policletum *C*, (i *in* y *corr. m. 2*) *V*, *om. T* ‖ 22 d · u · *T* | haec — claudi *om. C* ‖ 23 claudi uirginem *T*

obdormire. 2 CVRATE ISTAM DILIGENTER VIRGINEM ridiculum, cum contra euenturum sit.

506 53 VOS ME SEQVIMINI κωφὰ πρόσωπα sunt puellae, quae sequuntur.

3.

507 1 1 PROFECTO QVANTO MAGIS MAGISQVE COGITO haec persona apud Menandrum adulescentis rustici est. 2 *Et* inconsequens oratio est, sed conceditur secum loquentibus multa transcendere, quae taciti intellegunt. est enim integrum hoc modo: profecto quanto magis magisque cogito, nimirum intellego uel inuenio, quod dabit haec Thais mihi magnum malum. potest autem 'nimirum' et pro confirmatione accipi, ut nihil desit et sit 'nimirum' sine dubio, pro certo.

508 2 1 NIMIRVM DABIT HAEC THAIS MIHI MAGNVM MALVM solue 'nimirum' et fac non est mirum, et statim consequens erit per ἀσύνδετον tota sententia, quasi dixerit non est mirum, et subdistinctione interposita mox intulerit dabit haec Thais mihi magnum malum. nam 'ni' ne significat et 'ne' non: 'ni' pro 'ne' Vergilius (*Aen. III 685—86*) 'leti discrimine paruo n. t. c. c. ⟨e.⟩ d. l. r.'; 'ne' pro 'non' Plautus (*Epid. IV 2, 16; alibi*) 'ne uult' inquit pro 'non uult'. 2 NIMIRVM DABIT HAEC

1 obdormiat *TC* | ISTAM] illam *TC* | d · u · *T* ‖ 3 sequimini ⟨hac⟩ *C*, s · ⟨h ·⟩ *T* | κοῦφαπροσεπα *V*, ******* *C*, *om. T* ‖ 4 secuntur *TC* ‖ 5 magis m · q · c · *T* ‖ 7 est oratio *TC* | sed] si *TC* ‖ 9 quanto m · m · m · q · c · *T* ‖ 10 mirum *codd.* | dabit h · c · m · m · m · ⟨sed ue nimirum — quasi disserit (= *15—16; del.*)⟩ *T* ‖ 11 potest — MALVM *om. C* ‖ 12 et sit *W.*: in se *T*, ut sit *in mg. V*[2] | nimirum ⟨ut sit⟩ *T* ‖ 15 nimirum d · h · t · m · m · n · *T* | solue nimirum] sed ueni mirum *TC* ‖ 16 par *T* | asinteton *codd.* | tota sententia qua *sscr.*, si *in ras. V*[2] | 18 t · m · m · m · *T* | nam *om. C* ‖ 19 ne non *ex* ni non *corr. V*[2] ‖ 20 laeti *V* | paruo n · t · c · c · d · l · r · *V*, p · n · t · e · c · d · l · k · *C*, etc · *T* ‖ 21 plau · *C* | ne ⟨ut⟩ *TC*

THAIS MIHI MAGNVM MALVM his uerbis intellegitur sentire se paulatim labi in amorem meretricis quamuis inuitum et adhuc retinentem.

511 5 †ROGET QVIS QVID TIBI CVM ILLA† plus intulit quam interrogauit; non enim 'nihil'.

512 6 CAVSAM VT IBI MANEREM REPPERIT 'manerem' modo non dormirem sed remanerem significat.

513 7 1 AIT REM DIVINAM FACERE 'rem diuinam' sacrum significat. 2 ET REM SERIAM VELLE AGERE MECVM scilicet quod non posset nunc agi, cum operetur. 3 An rem seriam magis agendam tunc putabat, cum rem diuinam fecisset?

515 9 1 DOLO MALO HAEC FIERI OMNIA dolus a dolando dictus, id est a laedendo et imminuendo. nam et δόλος dicitur Graece laesio et dolones tela quaedam bellica et dolare fabri lignum, id est ascia caedere. quod autem addidit 'malo', aut ἀρχαϊσμός est, quia sic in duodecim tabulis a ueteribus scriptum est, aut ἐπίθετον doli est perpetuum, aut διαστολή est, quia est et bonus, quo a

1 t·m·m·m· *T* ‖ 2 in uitium *T* ‖ 3 retinentem *TC*, (*in mg.* uel praeter mentem = *dett.*) *V*; renitentem *? at cf. Thes. gloss.* ‖ 4 *schol. ad.* NE NORAM QVIDEM *pert.* | QVIS QVID] quicquid *C*, quidquid *T* | tibi t·c·i· *TC* ‖ 5 non enim nihil] ubi ueni *in ras.* *V*² (= *dett.*) ‖ 6 causam *V* | repetit *T* ‖ 7 ⟨manerem //////⟩ remanerem *V*, ⟨manerem at (-re ac *C*)⟩ remanere *TC* | significauit *T* ‖ 8 ait] aut *C*, *om.* *T* ‖ 10 quod ⟨po quoniam⟩ *C*, quem *T* | non posset nunc agit operetur (agi cptur *T*) *TC*, *nunc agere non* posset *id postmodum op*eretur *V* (*dett.*) | an ⟨tunc⟩ *TC*, an ⟨tunc⟩ *V* ‖ 11 agenda *C* ‖ 13 o· *T* | a dolando — laedendo *W.*: a dolendo (ledendo *TC*) dictus id est (idem *V*) a dolando *codd.* ‖ 14 minuendo *TC* | et *in ras.* *V*² | δόλος *Steph.*: dolor̄ *C*, dolore *T*, dolon *in ras.* *V*² (= *dett.*) ‖ 15 grece dicitur *C* | dolon ē ei a *C*, dolon est etiam a *T*, dolon *et* ē *V*, *corr. ed. pr.* | ^ars^ bellica (*sscr. m. 2* = *dett.*) *V* ‖ 16 asceis *C*, ascis *T*, ascia *V* | cedere *TCV*; scindere *dett.* | quod] et *T* ‖ 17 malum *V* | aut ἀρχαισμὸς *V*, ***** *C*, *om.* *T* | in *sscr.* *V*², *om.* *TC* ‖ 18 epiteton (ephi- *T*) *TC*, ⟨ēī⟩ epiteton *V* ‖ 19 aut ⟨ut⟩ *TC* | diastole *TC*, diascole *V* | est *1. ed. pr.*: abest *codd.* | et *om.* *C* | quodam (quidam *V*) dentibus *codd.*, *corr. ed. pr.*

medentibus falli aegros, non tamen decipi Lucretius poeta testatur (*IV 11 sqq.*). 2 ACCVMBERE MECVM 'mecum' prope me significat.

516 **10** 1 MIHI SESE DARE non potest magis significari profusa petulantia. 2 SERMONEM QVAERERE sermo quaeritur, quando non solum quod dicamus quaerimus, uerum etiam quomodo nobis alter respondeat et obloquatur: puta cum deficientibus sermocinandi causis quota sit hora et satis recte quis ualuerit percontamur.

517 **11** 1 QVAM PRIDEM PATER MIHI ET MATER MORTVI ESSENT hoc propter aetatem puellae inquisitum est. 2 HVC EVASIT tamquam impudenter contenderit ad hanc inquisitionem.

518 **12** IAM DIV iam olim.

519 **13** ET QVAM LONGE A MARI hoc ideo meretrix inquisiuit, ut sciret, utrum rapta a praedonibus (*v. 15*) 'ecqua inde parua perisset soror'; quippe ad mediterraneum locum qui accessus esse potuit piratis? sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricem aliud scire uelle: cuius pretii fundum habeat Chremes, hoc est quam amoenum, quammaritimum.

520 **14** HOC SPERAT SE A ME AVELLERE bono uerbo usus est 'auellere', tamquam pertinaciter non remittente.

522 **16** QVID HABVISSET CVM PERIIT 'cum' pro 'quando' aut 'cum ⟨periit' pro 'cum⟩ periret'.

1 non] ne *TC*; nec ? ‖ 2 mecum *om. C* ‖ 3 prope me *W.*: pro penes *CV*, propones *T* ‖ 4 sese mihi dare (d· *T*) *TC* ‖ 5 sermone (-nem *T*) sermonem quaerere (q· *T*) quaeritur ⟨et⟩ *TC* ‖ 7 quomodo] quando *V* ‖ 8 put cum deficietibus *C* ‖ 9 qui *T* | uoluerit percunctamur *TC* ‖ 10 mor·e· *T* ‖ 11 quaesitum *V* ‖ 12 contenderet *C*, -raet *T* ‖ 14 diū *T* ‖ 15 amari *C*, a· *T* ‖ 16 scire *C* | rapta a] rapina *TC* | et qua *V*, et quid *TC* ‖ 17 in die *V* | periissent *C* | sorore *TC* | locum] mare *TC* ‖ 18 qua *V* | sed] et *V* | oberret *TC* ‖ 19 meretrice mali ut scire uelle *TC*, meretrix mali et (*in ras. m. 2*) scire uelle ⟨id est⟩ *V*, *corr. W.* ‖ 20 est *om. TC* ‖ 22 sperasse a me *T*, a me sperasse *C* | ⟨posse⟩ *a*uellere *V*, uellere *TC* | bono] uno *T* ‖ 23 est *om. TC* | non] nunc *T* | mittente *V* ‖ 24 CVM] cŏm *V* ‖ 25 periit pro cum *add. W.*

523 17 HAEC CVR QVAERITET in gestu ac uultu id quod restat ostenditur; nam deest 'nescio'.

525 19 HANC SE INTENDIT ESSE VT EST AVDACIA proprie intendere est crimen in aduersarium iacere.

527 21 MAIVSCVLA EST diminutiue dixit, ut ostenderet utramque esse primaeuam.

528 22 1 MISIT PORRO 'porro' pro postea. 2 VT VENIREM SERIO utrum 'ut serio uenirem' an 'orare serio'?

529 23 1 AVT DICAT QVID VVLT AVT MOLESTA NE SIET pro 'quid uelit'. in Hecyra (*II 1, 26*) 'at uide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata'.
2 AVT MOLESTA NE SIET [aut] hoc moraliter, nam cui hoc imperat aut cum quo hoc agit?

530 24 HEVS HEVS ECQVIS HIC EST haec separatim pronuntianda sunt, nam apparet inter haec uerba pulsatam ianuam personare.

531 25 1 EGO SVM CHREMES uide quantum distet ac uaria sit huius rusticitas 'ego sum, Chremes' a faceta meretricis disciplina 'o capitulum lepidissimum'; nam rusticum esse statim magis apparebit, ubi dixerit 'rus eo'. 2 *Et* ὑποκοϱίσματα sunt τῷ ἰδιωτισμῷ.

532 26 DICO EGO MIHI INSIDIAS FIERI blandimentum rusticus insidias putat.

533 27 RVS EO pro potiore negotio 'rus' posuit. et maior negatio est, quam si diceret 'non uenio huc'.

534 28 NON POSSVM INQVAM plus est quam 'nolo'.

535 29 1 DVM REDEAT IPSA 'ipsa' uel domina uel ipsa de qua agitur. 2 NIHIL MINVS deest 'faciam'.

3 e · u · e · *T* | AVDACIA] aude *TC* ‖ 4 est] et *T* ‖ 6 prime · Nam *TC* ‖ 7 porro *om. T* ‖ 9 m · n · s · *T* | sciet *C* ‖ 10 echira *V*, hac ira *TC* | at] ac *codd.* ‖ 12 sciet *T* | aut *secl. W.* ‖ 13 imperet *TC* | hoc *om. TC* | agat *TC* ‖ 14 et quis *C*, et q · *T*, quis *V* | h · e · *T* ‖ 17 ego sum c · *T* | uarie *T* ‖ 18 rusticias *T* | facetia *V*, facie *TC* ‖ 19 discipline *TC* | lepidissimum *om. T* ‖ 20 magis ⟨statim⟩ *TC* | ubi dixerit *om. TC* | et *υποχωϱίσματα* sunt *τῷ ποτίσμω V*, *-τα σὺν* πΩNICMΩ *cod. Cuiacii*, ********** *TC* ‖ 22 insidias mihi *V* | ins · f · *T* ‖ 24 pro potiore *V*, propitiore *TC* | maius negotium *TC* ‖ 25 huc uenio *C* ‖ 26 nolo] dolo *TC* ‖ 27 ipsa uel] ipsa *T*, *om. C*

536 **30** 1 MALAM REM ⟨HINC IBIS pro 'in malam rem'.⟩ ergo aduerbialiter dixit, quemadmodum dicimus 'domum ibis'. 2 *Et* apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit 'mi Chremes' quasi: meus indignatus est adulescens? 3 Nam ab eo quod est m e u s uocatiuus 'mi' facit.

537 **31** 1 AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST uide non esse otiosum, quod omnia praetemptata sunt potius quam res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur. neque enim conueniebat personae Bacchi aliquid amusum aut infacetum aut ἄκαιρον. 2 ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST ut breuem uiam demonstraret, non 'eas' sed 'transeas' dixit. 3 AMABO 'amabo' interiectio est amantis, etsi uerbum sonat.

4.

539 **1** 1 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVLI COIMVS IN PIRAEO in hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea, quae a se post scaenam gesta sunt. fit autem hoc populi causa, ut spectator oriculis accipiat, quod subicere oculis poeta non potuit. 2 COIMVS 'coimus' consensimus ac pepigimus, ne sit soloecismus 'in Piraeo'

1 ⟨in⟩ rem *V* | HINC IBIS pro in malam rem *add. W.*; abis *dett.* | ego *TC* ‖ 3 illum *om. V* | manu *om. TC* | quia sic *TC* ‖ 4 dixit ⟨pithias cur⟩ *dett.* | quasi *C*, quod si TV^1, cur sic V^2, quasi (*vel* quam) dicat cur sic *dett.* ‖ 5 quod est *om. C* | meus] cūs (*in mg.* al' meus *m. 1*) *C* ‖ 7 ut i · t · u · e · e · *T* ‖ 8 quod] quia *C* | omnia ⟨sunt⟩ *TC* | praetenta *codd., corr. Bentley* ‖ 9 quam res *om. TC* | inoportuna *C* | fieret *C*, fiēt *T* ‖ 10 adduceret *TC* | bachiali auidam usum aut infacetum aut (*om. T*) akayron (aRiron *T*) *TC*, bachiali (*sic vel* bachidi *vel* baccandi *dett.*) *quoniam* aut infacetum aut *importunum* ⟨praeter (*in mg. m. 2*)⟩ usum ideo hoc ipsum doriae praecipit (ideo — praecipit *in mg. m. 2*) *V* (*dett.*); *corr. W. duce Goetzio* ‖ 12 ILLA] ea *TC* ‖ 13 ⟨et⟩ non *TC* ‖ 14 etsi *W.*: et sic *V*, si *C*, sui^{m} *T* ‖ 15 aliquod *T* | coimus in pireo *V*, choimus in pirreo *T*, ****** *C* ‖ 17 a se *in mg.* V^2 | gesta] facta *TC* ‖ 18 oriculis] oculis *codd.* | accipiat *ed. pr.*: aspiciat (*in ras.* V^2) *codd.* ‖ 20 solescismus *T* | in pireo *V*, in pirreo *T*, Impe ireo (ei *corr. in* y) *C*

pro 'in Piraeum'. 3 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVLI C. bene inuenta persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu loquatur, ut apud Menandrum.

540 **2** 1 VT DE SYMBOLIS ESSEMVS Plautus in Menaechmis (*III 2, 20*) 'minore numquam fui dispendio'. 2 Sed melius 'ēssemus' producta E littera.

541 **3** 1 PRAEFECIMVS id est: *συμποσιάρχην* fecimus. 2 DATI ANVLI nihil interim de scorto; apparet enim ephebos esse.

542 **4** 1 PRAETERIIT TEMPVS quia 'tempus constitutum est' (*v. 3*). 2 QVO IN LOCO quia 'locus constitutus est' (*v. 3*).

543 **5** HOMO IPSE quia 'Chaeream ei rei praefecimus' (*v. 2*).

544 **6** CETERI DEDERE 'ceteri' exceptis me atque illo.

545 **7** QVISNAM HINC A THAIDE EXIT causa sciscitandi est admiratio de habitu mutato et uix agnitus Chaerea.

546 **8** 1 QVID HOC HOMINIS EST uide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrante iam pendeat. 2 IS EST AN NON EST IPSVS EST uide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone uix agnoscitur. 3 QVID HOC HOMINIS EST quod a Thaide ephebus exit. 4 QVID HIC ORNATVS quod de eunuchi ueste indutus est.

547 **9** QVID ILLVD MALI EST quod timidus egreditur.

1 pireum *TV*, perum *C* | a· *T* | c·] t· *T*, coimus C, *om. V* ‖ 2 est persona cui (cur *C*) narraret *TC* ‖ 3 loquitur *T* ‖ 4 simbolis *codd.* | plau *C* | in Menaechmis *om. TC* ‖ 5 minore numquam] minime num (nu *T*) cum *TC*; minore nusquam ***Plautus*** | ⟨bene⟩ fui ***Plautus*** ‖ 6 E] est *T* ‖ 7 profecimus *C* | ***συμποταρχῆν*** *V*, simpostarcen (-tracē *T*) *TC* | fecimus — enim *om. T* ‖ 8 scoreo *C* | ephebo *TC*, ephebũ *V* ‖ 10 quia tempus *dett., om. TCV* | est *om. TC* ‖ 11 *et* 12 quia *dett., om. TCV* ‖ 12 ei *om. T* ‖ 13 ⟨et⟩ ceteri (cętere *C*) dedere ceteris *TC* ‖ 14 hic *CV* | a t·e· *T* ‖ 15 admiratio *om. T* | commutato *TC* | et *om. T* | cheree *TC* ‖ 16 hoc h·e· *T* | longe *TC* ‖ 17 narrat et (*om. T*) iam pendeat *TC*, nar(rat id *in mg. m. 2*) ĩ q̊ *etiam affectus pen*deat *V*; *corr. W. duce Teubero* ‖ 18 an n·e·i·e· *T* | NON EST] non *V* ‖ 20 hoc h·e· *T* ‖ 21 exiit *TC* | orn· ⟨e·⟩ *T* ‖ 22 est *om. TC* ‖ 23 m·est· *T*

548 **10** QVID SIT SCISCITARI 'sciscitari' est occulta magis et secretiora rimari ac uelle cognoscere, ut (*Verg. Aen. II 114—15*) 'Eurypylum scitantem o. Ph. m.'.

5.

549 **1** 1 NVM QVIS HIC EST NEMO EST in hac scaena uerba gestum uultumque indicant exeuntis, cui obuia persona obicitur, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. 2 NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HIC ME SEQVITVR duo metuit: ne quis ex his obuius comprehensor occurrat et ne quis sui persecutor exsistat.

550 **2** 1 IAMNE ERVMPERE HOC MIHI LICET GAVDIVM 'erumpere' quasi actiuum uerbum posuit pro neutrali, ut sit: licet mihi erumpere hoc gaudium?, cum sit 'erumpere' quasi exire et 'mihi' pro a me.

549 **1** 3 NEMO HOMO EST quamuis 'nemo' ⟨ne homo⟩ intellegatur, tamen 'homo' addidit, ut ueteres solent, τῷ ἀρχαϊσμῷ.

550 **2** 2 ERVMPERE utrum 'erumpere' pro emittere posuit an 'erumpere' pro exclamare, ut rumpere uocem dicitur qui exclamat? nam 'pro Iuppiter' dicturus est.

551 **3** 1 NVNC EST PROFECTO ordo et sensus hic est: nunc est profecto tempus, cum perpeti possum me interfici.

1 sciscitare (*2.*) *V*, *om. TC* | esto occulta *TC* || 2 mirari *codd., corr. Lindenbr.* | eripilum (-pulum *T*) sciscitantem o · f · (*sscr.* V^{2}) m · *codd.* || 4 Nunquis *V* | h · e · n · e · *T* | HIC *om. C* | in hac scaena *om. V* | uerba *om. C* || 5 gestu uultuque *T* | ex cunctis *C* | cui *ed. pr.*: cum *codd.* || 6 sᵒubicitur *V* || 7 Nunquis *V* | h · e · n · e · *T* | hic me *V*, me hic *C*, m · h · *T* | s · *T* || 9 sui] sit *C*, sic *T* || 10 IAMNE] iam me *C* | hoc mihi licet *V*, me hoc licet *C*, h · l · m · *T* | g · *T* || 11 ut — sit erumpere *om. T* || 12 licet *sscr.* C^{1} | cum *W.*: ut *codd.*; aut *Steph.* || 13 exire et] exiret *TC*, exir̄ et *V* || 14 ne homo *add. W.* | intellegatur *post* 15 homo *T* || 15 ueteres *ed. pr.*: uere *codd.* | solet *T* | τῶ ἀρχαίσμω *V*, ****** *TC* || 17 promittere *TC* || 19 proh *V*, proth *T* || 20 ordo — profecto *om. V* || 21 me possum *V*

hoc autem cur dixerit, ipse statim subicit causam. 2 CVM PERPETI ME POSSVM animaduertendum quod 'cum' si coniuncte legeris, q u a n d o significat, si separatim, 'cum' d u m significat. 3 NVNC EST PROFECTO figurate. ac coniuncte lege sine distinctione.

552 4 CONTAMINET VITA AEGRITVDINE ALIQVA mire uitae crimen ostendit, uelut ipsa sit campus fortunae possessioque instabilis uariorum.

553 5 SED NEMINEMNE CVRIOSVM INTERVENIRE NVNC MIHI apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur.

554 6 1 QVI ME SEQVATVR id cupit gaudens, quod aliis tristibus molestum est. nam contra Menedemus (*cf. Heaut. I 1*) grauatur narrare quae dolet. 2 OBTVNDAT odiose instet ac repetat. 3 OBTVNDAT molestus et odiosus sit. 4 ENICET εὐφωνότερον quam 'enecet'.

555 7 1 QVID GESTIAM deest 'quaerens', ut sit: rogitando obtundat, enecet quaerens quid gestiam. 2 QVID GESTIAM g e s t i r e ⟨est⟩ motu corporis monstrare quid sentias. hoc autem constat a pecudibus ad homines esse translatum. 3 G e s t i r e est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum. Vergilius (*Geo. I 387*) 'et studio incassum uideas gestire lauandi'. 4 *Et* QVID propter quid. 5 VNDE EMERGAM proprie dixit 'emergam' ut ex lustris atque inhonestis locis utpote meretriciae domus.

1 hoc — 2 quod *in mg. V*[2] | hoc *ex* hac *corr. ut vid. C* | cur *ed. pr.*: cum *V*, *om. TC* | ipse dixerit *CV* | subiecit *C* | ⟨ca⟩causam *T* ‖ 2 CVM *om. TC* | ubi aduertendum quod *V*, *om. TC* ‖ 3 quando] quĩ *T* | si separatim] separatim *TC* ‖ 6 contamini *T* | VITA] uita/// *V* ‖ 7 ipse *T* | possessioque fortunae (forme *C*, formae [*in mg.* uel fortunae] *V*) *codd.*, *transp. W.* ‖ 9 -NE *om. TC* | ĩ · t · n · m · *T* ‖ 10 ad] sed *TC* ‖ 11 sequitur *C* | capit *TC* | al*iis* *V*, at his *T*, ab his *C* ‖ 13 gratulatur *codd.*, *corr. ed. pr.* | narrare *om. V* | quod *V* | tediose *V* ‖ 14 repetet *TC* ‖ 15 ENICET] enecet *codd.* | ne ὑφων¦ότερον *V*, ***** *C*, *om. T* | quam] que *C*, q3 *T* ‖ 17 quaer*ens* *V*, queri *TC* | QVID GESTIAM *om. V* ‖ 18 est (*post* monstrare) *add. dett.* | centias *T*, sentiat *C* | hoc *om. TC* ‖ 19 a studibus *T* | translatam *C* ‖ 20 sensu *TC* | gestum *V*, gestũ *T* ‖ 21 est *om. TC* | *bru*torum *V* (= *dett.*) | et *om. C* ‖ 22 uideas — lauandi] · i · g · l · *C*, etc · *T* | propter quid] perpet9 (-ti *T*) quidem *TC* ‖ 24 meretrici *TC*

Cicero (*in Pis. 12, 27*) 'at ne tum quidem emersisti, lutulente, quaeso, ex naturae tuae sordibus'.

556 8 VESTITVM HVNC NACTVS bene 'nactus' dixit, ut qui non sumeret, nisi suasisset hoc occasio.

557 9 1 ADIBO ATQVE AB EO GRATIAM HANC sensus et ordo hic est: adibo atque ab eo gratiam hanc inibo, quam uideo hunc uelle a se inire. 2 ATQVE AB EO GRATIAM HANC QVAM VIDEO VELLE INIBO gratiam inire est dare beneficium ac per hoc mereri alicuius gratiam id est amicitiam. 3 Sed haec est elocutio 'gratiam ab eo inibo' pro 'eius gratiam merebor'. nam 'ab eo' amat Terentius pro eius ponere, ut in Andria (*I 1, 129*) 'primum ab eo animaduertenda iniuria est' pro 'eius iniuria'. 4 Inire autem gratiam est mereri gratiam. Plautus (*Curc. III 35*) 'inibis a me solidam et grandem gratiam'.

558 10 1 QVID EST QVOD SIC GESTIS AVT QVID SIBI HIC VESTITVS QVAERIT facete repetit uerba eius interrogans, ut sciat se iam pridem esse praesentem. 2 QVID SIBI HIC VESTITVS QVAERIT facete et figurate dictum est. sic et alibi (*prol. 45*) 'ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus uelit'.

559 11 1 QVID EST QVOD LAETVS SIS uide aliud esse gestire, aliud laetum esse. 2 QVID TIBI VIS πρὸς τὸ 'quid mihi uelim' (*v. 8*); SATIN SANVS ES πρὸς τὸ 'sanus

1 at] ac *CV* | tu *V* | mersisti *C*, -cisti *T* | lutulento *V* || 2 queso *dett.*, ceso *TC*, ceno *V* | ex ⟨miserrimis⟩ *Cicero* || 3 hunc n· *T* | dixit nactus *T* | ut *om.* *TC* || 4 sumerit *T* | hoc *om.* *V* | ad cassio *TC* || 5 adhibo *V* | g·h· *T* || 6 adhibo *V*, adhibo *T* || 7 udeo *C* | uelle hunc *T* | a — VELLE *om.* *T* | a se inire *V*, hasce mire *C* | AB EO] habeo *C* || 8 quam hanc *C* || 9 pro hoc *T* | mereri *W.*: rei *codd.* | gratiam ⟨mereri (*in mg. m. 2*)⟩ *V* || 10 hoc est *TC* | allocutio *TC*, adlocutio *V*, *corr. Steph.* | habeo et ibo *C* || 11 ab eo *V*, habeo *C* || 12 pro eius *om.* *C* | ab eo] ab illo *Ter. et Don. ad Andr. l.* || 13 ire autem in gratiam *TC* || 14 est — gratiam *om.* *T* | mereri] meretrici *C* || 15 inib9 *T*, inibit *CV* | a me] tam *V*, tamen *TC* | stolidam *TCV* || 16 quod s·g· *T* | h·u·q· *T* || 17 repetiit uerba *in mg.* *V*[2] || 19 hic ⟨uult⟩ *TC* | quaeritur *C* || 20 uelit *om.* *TC* || 21 l·s· *T* | sis *in mg.* *V*[2] | uid3 *T*, uidē *C* || 22 πρõσ τὸ *V*, *** *C*, *om.* *T* || 23 quid mihi uelim] mihi quid quaeram *Ter.* | es (est *T*) sanus *TC* | πρõσ τὸ *V*, *** *C*, *om.* *T*

sim anne insaniam' (*v. 8*). 3 QVID ME ASPECTAS QVID TACES his duabus interrogatiunculis descripsit uultum dicturi.

560 **12** 1 O FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE decet a salutatione incipere luculente dicturum; illum autem ueri simile est et percussum re noua et audiendi cupidum immemorem exstitisse salutandi. 2 O FESTVS DIES utrum qui causa est festi ac laeti diei an qui ipse tantus sit, quantus est festus dies? 3 O FESTVS DIES ⟨HOMINIS⟩ pro: homo festi diei. *sic dicitur etiam* *scelus homo*. Ennius (*Ann. I fr. 15 M.*) 'o pietas animi'. 4 SALVE NEMO EST QVEM EGO NVNC MAGIS bene additum 'magis', ut his amicis antepositum se intellegat, quos cum cupiat uidere Chaerea, tamen magis [ut aliis amicis antepositum] neminem cupit.

562 **14** 1 IMMO HERCLE OBSECRO TE VT AVDIAS bonum compendium, ne multa diceret ad commendandam ut solet narrationem futuram. 2 IMMO HERCLE OBSECRO bene contulit uerba, ut ex his appareat quam id agere uelit: ille dixit 'quaeso', hic 'obsecro'.

563 **15** 1 NOSTIN HANC QVAM AMAT FRATER quaeritur an ueri simile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciuerit. sed intellegere debemus modo notitiam non uultus sed famae positam esse, quam famam potuit

1 sum *TC* | insanus *TC* | QVID TACES] t· *T* ‖ 2 hic *codd.*, *corr. ed. pr.* | interrogat*iunculis* *V*, interrogatio culis *T* ‖ 3 h · a · s · *T* | *schol. ad v. 10 refert Teuber* | docet *T*, doce *C* | a *sscr.* *V*[2] ‖ 4 illum *Dziatzko*: illud *codd.* | autem] aliud *C* ‖ 5 et *1. in* ut *corr. V*, ēt *T* | re noua et *ed. pr.*: renouet *CV*, rem- *T* | audieni *C* | et memorem *TC*, immemorem (ille qui se monstrat *sscr. m. 2*) *V* ‖ 6 salutandi *in mg.* *C*[1] | es *V* ‖ 7 tantus (c *sscr.*) *C* ‖ 9 scelus hominis? ‖ 11 e · n · m · *T* ‖ 12 antepositum] bñ positum *C*, positum *T* | cum cupiat *Goetz*: cum uia *TC*, in ui*a* *V*; cum optet *dett.* | uiderit *V* ‖ 13 ut — antepositum (*repetita ex antec.*) *secl. W.* | aliis *C* ‖ 14 Imo *C* | obsecre tua *T* ‖ 15 commendandum *V* ‖ 16 ob · *T* ‖ 17 uerba *om. TC* | ut] cum *T* | apparet (a *sscr. m. 2*) *V* | quam id *Rabbow*: quid *codd.* | ag*ere* *V* ‖ 18 dic*it* *V* ‖ 19 Nosti *codd.* | q · a · f · *T* | frater *in mg.* *V*[2] | querit *TC* ‖ 20 ⟨an⟩ anthiphoni *TC*, anti*phoni* *V* | frat*er* *V* ‖ 22 uultu sed fama posita *TC* | esse *om. C*

medentibus falli aegros, non tamen decipi Lucretius poeta testatur (*IV 11 sqq.*). 2 ACCVMBERE MECVM 'mecum' prope me significat.

516 **10** 1 MIHI SESE DARE non potest magis significari profusa petulantia. 2 SERMONEM QVAERERE sermo quaeritur, quando non solum quod dicamus quaerimus, uerum etiam quomodo nobis alter respondeat et obloquatur: puta cum deficientibus sermocinandi causis quota sit hora et satis recte quis ualuerit percontamur.

517 **11** 1 QVAM PRIDEM PATER MIHI ET MATER MORTVI ESSENT hoc propter aetatem puellae inquisitum est. 2 HVC EVASIT tamquam impudenter contenderit ad hanc inquisitionem.

518 **12** IAM DIV iam olim.

519 **13** ET QVAM LONGE A MARI hoc ideo meretrix inquisiuit, ut sciret, utrum rapta a praedonibus (*v. 15*) 'ecqua inde parua perisset soror'; quippe ad mediterraneum locum qui accessus esse potuit piratis? sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricem aliud scire uelle: cuius pretii fundum habeat Chremes, hoc est quam amoenum, quammaritimum.

520 **14** HOC SPERAT SE A ME AVELLERE bono uerbo usus est 'auellere', tamquam pertinaciter non remittente.

522 **16** QVID HABVISSET CVM PERIIT 'cum' pro 'quando' aut 'cum ⟨periit' pro 'cum⟩ periret'.

1 non] ne *TC*; nec *?* ‖ 2 mecum *om. C* ‖ 3 prope me *W.*: pro penes *CV*, propones *T* ‖ 4 sese mihi dare (d · *T*) *TC* ‖ 5 sermone (-nem *T*) sermonem quaerere (q · *T*) quaeritur ⟨et⟩ *TC* ‖ 7 quomodo] quando *V* ‖ 8 put cum deficietibus *C* ‖ 9 qui *T* | uoluerit percunctamur *TC* ‖ 10 mor · e · *T* ‖ 11 quaesitum *V* ‖ 12 contenderet *C*, -raet *T* ‖ 14 diũ *T* ‖ 15 amari *C*, a · *T* ‖ 16 scire *C* | rapta a] rapina *TC* | et qua *V*, et quid *TC* ‖ 17 in die *V* | periissent *C* | sorore *TC* | locum] mare *TC* ‖ 18 qua *V* | sed] et *V* | oberret *TC* ‖ 19 meretrice mali ut scire uelle *TC*, meretrix mali et (*in ras. m. 2*) scire uelle ⟨id est⟩ *V*, *corr. W.* ‖ 20 est *om. TC* ‖ 22 sperasse a me *T*, a me sperasse *C* | ⟨posse⟩ *a*uellere *V*, uellere *TC* | bono] uno *T* ‖ 23 est *om. TC* | non] nunc *T* | mittente *V* ‖ 24 CVM] cŏm *V* ‖ 25 periit pro cum *add. W.*

523 **17** HAEC CVR QVAERITET in gestu ac uultu id quod restat ostenditur; nam deest 'nescio'.

525 **19** HANC SE INTENDIT ESSE VT EST AVDACIA proprie intendere est crimen in aduersarium iacere.

527 **21** MAIVSCVLA EST diminutiue dixit, ut ostenderet utramque esse primaeuam.

528 **22** 1 MISIT PORRO 'porro' pro postea. 2 VT VENIREM SERIO utrum 'ut serio uenirem' an 'orare serio'?

529 **23** 1 AVT DICAT QVID VVLT AVT MOLESTA NE SIET pro 'quid uelit'. in Hecyra (*II 1, 26*) 'at uide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata'. 2 AVT MOLESTA NE SIET [aut] hoc moraliter, nam cui hoc imperat aut cum quo hoc agit?

530 **24** HEVS HEVS ECQVIS HIC EST haec separatim pronuntianda sunt, nam apparet inter haec uerba pulsatam ianuam personare.

531 **25** 1 EGO SVM CHREMES uide quantum distet ac uaria sit huius rusticitas 'ego sum, Chremes' a faceta meretricis disciplina 'o capitulum lepidissimum'; nam rusticum esse statim magis apparebit, ubi dixerit 'rus eo'. 2 *Et ὑποκορίσματα* sunt *τῷ ἰδιωτισμῷ*.

532 **26** DICO EGO MIHI INSIDIAS FIERI blandimentum rusticus insidias putat.

533 **27** RVS EO pro potiore negotio 'rus' posuit. et maior negatio est, quam si diceret 'non uenio huc'.

534 **28** NON POSSVM INQVAM plus est quam 'nolo'.

535 **29** 1 DVM REDEAT IPSA 'ipsa' uel domina uel ipsa de qua agitur. 2 NIHIL MINVS deest 'faciam'.

3 e · u · e · *T* | AVDACIA] aude *TC* ‖ 4 est] et *T* ‖ 6 prime · Nam *TC* ‖ 7 porro *om. T* ‖ 9 m · n · s · *T* | sciet *C* ‖ 10 echira *V*, hac ira *TC* | at] ac *codd.* ‖ 12 sciet *T* | aut *secl. W.* ‖ 13 imperet *TC* | hoc *om. TC* | agat *TC* ‖ 14 et quis *C*, et q · *T*, quis *V* | h · e · *T* ‖ 17 ego sum c · *T* | uarie *T* ‖ 18 rusticias *T* | facetia *V*, facie *TC* ‖ 19 discipline *TC* | lepidissimum *om. T* ‖ 20 magis ⟨statim⟩ *TC* | ubi dixerit *om. TC* | et *υποχωρίσματα* sunt *τῷ ποτίσμω V*, *-τα σὺν π*ωΝΙCΜω *cod. Cuiacii*, ************ *TC* ‖ 22 insidias mihi *V* | ins · f · *T* ‖ 24 pro potiore *V*, propitiore *TC* | maius negotium *TC* ‖ 25 huc uenio *C* ‖ 26 nolo] dolo *TC* ‖ 27 ipsa uel] ipsa *T*, *om. C*

536 **30** 1 MALAM REM ⟨HINC IBIS pro 'in malam rem'.⟩ ergo aduerbialiter dixit, quemadmodum dicimus 'domum ibis'. 2 *Et* apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit 'mi Chremes' quasi: meus indignatus est adulescens? 3 Nam ab eo quod est m e u s uocatiuus 'mi' facit.

537 **31** 1 AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST uide non esse otiosum, quod omnia praetemptata sunt potius quam res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur. neque enim conueniebat personae Bacchi aliquid amusum aut infacetum aut *ἄκαιρον*. 2 ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST ut breuem uiam demonstraret, non 'eas' sed 'transeas' dixit. 3 AMABO 'amabo' interiectio est amantis, etsi uerbum sonat.

4.

539 **1** 1 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVLI COIMVS IN PIRAEO in hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea, quae a se post scaenam gesta sunt. fit autem hoc populi causa, ut spectator oriculis accipiat, quod subicere oculis poeta non potuit. 2 COIMVS 'coimus' consensimus ac pepigimus, ne sit soloecismus 'in Piraeo'

1 ⟨in⟩ rem *V* | HINC IBIS pro in malam rem *add. W.*; abis *dett.* | ego *TC* ‖ 3 illum *om. V* | manu *om. TC* | quia sic *TC* ‖ 4 dixit ⟨pithias cur⟩ *dett.* | quasi *C*, quod si *TV*¹, cur sic *V*², quasi (*vel* quam) dicat cur sic *dett.* ‖ 5 quod est *om. C* | meus] cūs (*in mg.* al' meus *m. 1*) *C* ‖ 7 ut i · t · u · e · e · *T* ‖ 8 quod] quia *C* | omnia ⟨sunt⟩ *TC* | praetenta *codd., corr. Bentley* ‖ 9 quam res *om. TC* | inoportuna *C* | fleret *C*, fiēt *T* ‖ 10 adduceret *TC* | bachiali auidam usum aut infacetum aut (*om. T*) akayron (aRiron *T*) *TC*, bachiali (*sic vel* bachidi *vel* baccandi *dett.*) *quoniam* aut infacetum aut *importunum* ⟨praeter (*in mg. m. 2*)⟩ usum ideo hoc ipsum doriae praecipit (ideo — praecipit *in mg. m. 2*) *V* (*dett.*); *corr. W. duce Goetzio* ‖ 12 ILLA] ea *TC* ‖ 13 ⟨et⟩ non *TC* ‖ 14 etsi *W.*: et sic *V*, si *C*, sui^{m} *T* ‖ 15 aliquod *T* | coimus in pireo *V*, choimus in pirreo *T*, ****** *C* ‖ 17 a se *in mg. V*² | gesta] facta *TC* ‖ 18 oriculis] oculis *codd.* | accipiat *ed. pr.*: aspiciat (*in ras. V*²) *codd.* ‖ 20 solescismus *T* | in pireo *V*, in pirreo *T*, Impe ireo (ei *corr. in* y) *C*

pro ‘in Piraeum’. 3 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVLI C. bene inuenta persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu loquatur, ut apud Menandrum.

540 2 1 VT DE SYMBOLIS ESSEMVS Plautus in Menaechmis (*III 2, 20*) ‘minore numquam fui dispendio’. 2 Sed melius ‘ēssemus’ producta E littera.

541 3 1 PRAEFECIMVS id est: *συμποσιάρχην* fecimus.
2 DATI ANVLI nihil interim de scorto; apparet enim ephebos esse.

542 4 1 PRAETERIIT TEMPVS quia ‘tempus constitutum est’ (*v. 3*). 2 QVO IN LOCO quia ‘locus constitutus est’ (*v. 3*).

543 5 HOMO IPSE quia ‘Chaeream ei rei praefecimus’ (*v. 2*).

544 6 CETERI DEDERE ‘ceteri’ exceptis me atque illo.

545 7 QVISNAM HINC A THAIDE EXIT causa sciscitandi est admiratio de habitu mutato et uix agnitus Chaerea.

546 8 1 QVID HOC HOMINIS EST uide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrante iam pendeat. 2 IS EST AN NON EST IPSVS EST uide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone uix agnoscitur. 3 QVID HOC HOMINIS EST quod a Thaide ephebus exit. 4 QVID HIC ORNATVS quod de eunuchi ueste indutus est.

547 9 QVID ILLVD MALI EST quod timidus egreditur.

1 pireum *TV*, perum *C* | a· *T* | c·] t· *T*, coimus C, *om. V* ‖ 2 est persona cui (cur *C*) narraret *TC* ‖ 3 loquitur *T* ‖ 4 simbolis *codd.* | plau *C* | in Menaechmis *om. TC* ‖ 5 minore numquam] minime num (nu *T*) cum *TC*; minore nusquam *Plautus* | ⟨bene⟩ fui *Plautus* ‖ 6 E] est *T* ‖ 7 profecimus *C* | *συμποταρχῆν V*, simpostarcen (-tracẽ *T*) *TC* | fecimus — enim *om. T* ‖ 8 scoreo *C* | ephebo *TC*, ephebũ *V* ‖ 10 quia tempus *dett., om. TCV* | est *om. TC* ‖ 11 *et* 12 quia *dett., om. TCV* ‖ 12 ei *om. T* ‖ 13 ⟨et⟩ ceteri (cętere *C*) dedere ceteris *TC* ‖ 14 hic *CV* | a t·e· *T* ‖ 15 admiratio *om. T* | commutato *TC* | et *om. T* | cheree *TC* ‖ 16 hoc h·e· *T* | longe *TC* ‖ 17 narrat et (*om. T*) iam pendeat *TC*, nar(rat id *in mg. m. 2*) ĩ q̊ *etiam affectus pen*deat *V*; *corr. W. duce Teubero* ‖ 18 an n·e·i·e· *T* | NON EST] non *V* ‖ 20 hoc h·e· *T* ‖ 21 exiit *TC* | orn·⟨e·⟩ *T* ‖ 22 est *om. TC* ‖ 23 m·est· *T*

548 **10** QVID SIT SCISCITARI 'sciscitari' est occulta magis et secretiora rimari ac uelle cognoscere, ut (*Verg. Aen. II 114—15*) 'Eurypylum scitantem o. Ph. m.'.

5.

549 **1** 1 NVM QVIS HIC EST NEMO EST in hac scaena uerba gestum uultumque indicant exeuntis, cui obuia persona obicitur, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. 2 NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HIC ME SEQVITVR duo metuit: ne quis ex his obuius comprehensor occurrat et ne quis sui persecutor exsistat.

550 **2** 1 IAMNE ERVMPERE HOC MIHI LICET GAVDIVM 'erumpere' quasi actiuum uerbum posuit pro neutrali, ut sit: licet mihi erumpere hoc gaudium?, cum sit 'erumpere' quasi exire et 'mihi' pro a me.

549 **1** 3 NEMO HOMO EST quamuis 'nemo' ⟨ne homo⟩ intellegatur, tamen 'homo' addidit, ut ueteres solent, τῷ ἀρχαϊσμῷ.

550 **2** 2 ERVMPERE utrum 'erumpere' pro emittere posuit an 'erumpere' pro exclamare, ut rumpere uocem dicitur qui exclamat? nam 'pro Iuppiter' dicturus est.

551 **3** 1 NVNC EST PROFECTO ordo et sensus hic est: nunc est profecto tempus, cum perpeti possum me interfici.

1 sciscitare (*2.*) *V*, *om. TC* | esto occulta *TC* ‖ 2 mirari *codd., corr. Lindenbr.* | eripilum (-pulum *T*) sciscitantem o · f · (*sscr. V*[2]) m · *codd.* ‖ 4 Nunquis *V* | h · e · n · e · *T* | HIC *om. C* | in hac scaena *om. V* | uerba *om. C* ‖ 5 gestu uultuque *T* | ex cunctis *C* | cui *ed. pr.*: cum *codd.* ‖ 6 subicitur (o *sscr.*) *V* ‖ 7 Nunquis *V* | h · e · n · e · *T* | hic me *V*, me hic *C*, m · h · *T* | s · *T* ‖ 9 sui] sit *C*, sic *T* ‖ 10 IAMNE] iam me *C* | hoc mihi licet *V*, me hoc licet *C*, h · l · m · *T* | g · *T* ‖ 11 ut — sit erumpere *om. T* ‖ 12 licet *sscr. C*[1] | cum *W.*: ut *codd.*; aut *Steph.* ‖ 13 exire et] exiret *TC*, exir̃et *V* ‖ 14 ne homo *add. W.* | intellegatur *post* 15 homo *T* ‖ 15 ueteres *ed. pr.*: uere *codd.* | solet *T* | τῶ ἀρχαίσμω *V*, ****** *TC* ‖ 17 promittere *TC* ‖ 19 proh *V*, proth *T* ‖ 20 ordo — profecto *om. V* ‖ 21 me possum *V*

hoc autem cur dixerit, ipse statim subicit causam. 2 CVM PERPETI ME POSSVM animaduertendum quod 'cum' si coniuncte legeris, quando significat, si separatim, 'cum' dum significat. 3 NVNC EST PROFECTO figurate. ac coniuncte lege sine distinctione.

552 4 CONTAMINET VITA AEGRITVDINE ALIQVA mire uitae crimen ostendit, uelut ipsa sit campus fortunae possessioque instabilis uariorum.

553 5 SED NEMINEMNE CVRIOSVM INTERVENIRE NVNC MIHI apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur.

554 6 1 QVI ME SEQVATVR id cupit gaudens, quod aliis tristibus molestum est. nam contra Menedemus (*cf. Heaut. I 1*) grauatur narrare quae dolet. 2 OBTVNDAT odiose instet ac repetat. 3 OBTVNDAT molestus et odiosus sit. 4 ENICET εὐφωνότερον quam 'enecet'.

555 7 1 QVID GESTIAM deest 'quaerens', ut sit: rogitando obtundat, enecet quaerens quid gestiam. 2 QVID GESTIAM gestire ⟨est⟩ motu corporis monstrare quid sentias. hoc autem constat a pecudibus ad homines esse translatum. 3 Gestire est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum. Vergilius (*Geo. I 387*) 'et studio incassum uideas gestire lauandi'. 4 *Et* QVID propter quid. 5 VNDE EMERGAM proprie dixit 'emergam' ut ex lustris atque inhonestis locis utpote meretriciae domus.

1 hoc — 2 quod *in mg.* V² | hoc *ex* hac *corr. ut vid.* C | cur *ed. pr.*: cum V, *om.* TC | ipse dixerit CV | subiecit C | ⟨ca⟩causam T ‖ 2 CVM *om.* TC | ubi aduertendum quod V, *om.* TC ‖ 3 quando] quī T | si separatim] separatim TC ‖ 6 contamini T | VITA] uita/// V ‖ 7 ipse T | possessioque fortunae (forme C, formae [*in mg.* uel fortunae] V) *codd.*, *transp.* W. ‖ 9 -NE *om.* TC | ĩ · t · n · m · T ‖ 10 ad] sed TC ‖ 11 sequitur C | capit TC | al*iis* V, at his T, ab his C ‖ 13 gratulatur *codd.*, *corr. ed. pr.* | narrare *om.* V | quod V | tediose V ‖ 14 repetet TC ‖ 15 ENICET] enecet *codd.* | ne ὑφων|ότερον V, ***** C, *om.* T | quam] que C, q3 T ‖ 17 quaer*ens* V, queri TC | QVID GESTIAM *om.* V ‖ 18 est (*post* monstrare) *add. dett.* | centias T, sentiat C | hoc *om.* TC ‖ 19 a studibus T | translatam C ‖ 20 sensu TC | gestum V, gestū T ‖ 21 est *om.* TC | *bru*torum V (= *dett.*) | et *om.* C ‖ 22 uideas — lauandi] · i · g · l · C, etc · T | propter quid] perpet9 (-ti T) quidem TC ‖ 24 meretrici TC

Cicero (*in Pis. 12, 27*) 'at ne tum quidem emersisti, lutulente, quaeso, ex naturae tuae sordibus'.

556 8 VESTITVM HVNC NACTVS bene 'nactus' dixit, ut qui non sumeret, nisi suasisset hoc occasio.

557 9 1 ADIBO ATQVE AB EO GRATIAM HANC sensus et ordo hic est: adibo atque ab eo gratiam hanc inibo, quam uideo hunc uelle a se inire. 2 ATQVE AB EO GRATIAM HANC QVAM VIDEO VELLE INIBO gratiam inire est dare beneficium ac per hoc mereri alicuius gratiam id est amicitiam. 3 Sed haec est elocutio 'gratiam ab eo inibo' pro 'eius gratiam merebor'. nam 'ab eo' amat Terentius pro eius ponere, ut in Andria (*I 1, 129*) 'primum ab eo animaduertenda iniuria est' pro 'eius iniuria'. 4 Inire autem gratiam est mereri gratiam. Plautus (*Curc. III 35*) 'inibis a me solidam et grandem gratiam'.

558 10 1 QVID EST QVOD SIC GESTIS AVT QVID SIBI HIC VESTITVS QVAERIT facete repetit uerba eius interrogans, ut sciat se iam pridem esse praesentem. 2 QVID SIBI HIC VESTITVS QVAERIT facete et figurate dictum est. sic et alibi (*prol. 45*) 'ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus uelit'.

559 11 1 QVID EST QVOD LAETVS SIS uide aliud esse gestire, aliud laetum esse. 2 QVID TIBI VIS πρὸς τὸ 'quid mihi uelim' (*v. 8*); SATIN SANVS ES πρὸς τὸ 'sanus

1 at] ac *CV* | tu *V* | mersisti *C*, -cisti *T* | lutulento *V* || 2 queso *dett.*, ceso *TC*, ceno *V* | ex ⟨miserrimis⟩ *Cicero* || 3 hunc n· *T* | dixit nactus *T* | ut *om. TC* || 4 sumerit *T* | hoc *om. V* | ad cassio *TC* || 5 adhibo *V* | g·h· *T* || 6 adhibo *V*, adhibo *T* || 7 udeo *C* | uelle hunc *T* | a — VELLE *om. T* | a se inire *V*, hasce mire *C* | AB EO] habeo *C* || 8 quam hanc *C* || 9 pro hoc *T* | mereri *W.*: rei *codd.* | gratiam ⟨mereri (*in mg. m. 2*)⟩ *V* || 10 hoc est *TC* | allocutio *TC*, adlocutio *V*, *corr. Steph.* | habeo et ibo *C* || 11 ab eo *V*, habeo *C* || 12 pro eius *om. C* | ab eo] ab illo *Ter. et Don. ad Andr. l.* || 13 ire autem in gratiam *TC* || 14 est — gratiam *om. T* | mereri] meretrici *C* || 15 inib9 *T*, inibit *CV* | a me] tam *V*, tamen *TC* | stolidam *TCV* || 16 quod s·g· *T* | h·u·q· *T* || 17 repetiit uerba *in mg. V*[2] || 19 hic ⟨uult⟩ *TC* | quaeritur *C* || 20 uelit *om. TC* || 21 l·s· *T* | sis *in mg. V*[2] | uid3 *T*, uidẽ *C* || 22 πρ͂οσ τὸ *V*, *** *C*, *om. T* || 23 quid mihi uelim] mihi quid quaeram *Ter.* | es (est *T*) sanus *TC* | πρ͂οσ τὸ *V*, *** *C*, *om. T*

sim anne insaniam' (*v. 8*). 3 QVID ME ASPECTAS QVID TACES his duabus interrogatiunculis descripsit uultum dicturi.

560 **12** 1 O FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE decet a salutatione incipere luculente dicturum; illum autem ueri simile est et percussum re noua et audiendi cupidum immemorem exstitisse salutandi. 2 O FESTVS DIES utrum qui causa est festi ac laeti diei an qui ipse tantus sit, quantus est festus dies? 3 O FESTVS DIES ⟨HOMINIS⟩ pro: homo festi diei. *sic dicitur etiam* s c e l u s h o m o. Ennius (*Ann. I fr. 15 M.*) 'o pietas animi'. 4 SALVE NEMO EST QVEM EGO NVNC MAGIS bene additum 'magis', ut his amicis antepositum se intellegat, quos cum cupiat uidere Chaerea, tamen magis [ut aliis amicis antepositum] neminem cupit.

562 **14** 1 IMMO HERCLE OBSECRO TE VT AVDIAS bonum compendium, ne multa diceret ad commendandam ut solet narrationem futuram. 2 IMMO HERCLE OBSECRO bene contulit uerba, ut ex his appareat quam id agere uelit: ille dixit 'quaeso', hic 'obsecro'.

563 **15** 1 NOSTIN HANC QVAM AMAT FRATER quaeritur an ueri simile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciuerit. sed intellegere debemus modo notitiam non uultus sed famae positam esse, quam famam potuit

1 sum *TC* | insanus *TC* | QVID TACES] t · *T* ‖ 2 hic *codd., corr. ed. pr.* | interrogat*iunculis V*, interrogatio culis *T* ‖ 3 h · a · s · *T* | *schol. ad v. 10 refert Teuber* | docet *T*, doce *C* | a *sscr. V*[2] ‖ 4 illum *Dziatzko*: illud *codd.* | autem] aliud *C* ‖ 5 et *1. in* ut *corr. V*, ẽt *T* | re noua et *ed. pr.*: renouet *CV*, rem- *T* | audieni *C* | et memorem *TC*, immemorem (ille qui se monstrat *sscr. m. 2*) *V* ‖ 6 salutandi *in mg. C*[1] | es *V* ‖ 7 tantus (c *sscr.*) *C* ‖ 9 scelus hominis? ‖ 11 e · n · m · *T* ‖ 12 antepositum] bñ positum *C*, positum *T* | cum cupiat *Goetz*: cum uia *TC*, in ui*a V*; cum optet *dett.* | uiderit *V* ‖ 13 ut — antepositum (*repetita ex antec.*) *secl. W.* | aliịs *C* ‖ 14 Imo *C* | obsecre tua *T* ‖ 15 commendandum *V* ‖ 16 ob · *T* ‖ 17 uerba *om. TC* | ut] cum *T* | apparet (a *sscr. m. 2*) *V* | quam id *Rabbow*: quid *codd.* | ag*ere V* ‖ 18 dic*it V* ‖ 19 Nosti *codd.* | q · a · f · *T* | frater *in mg. V*[2] | querit *TC* ‖ 20 ⟨an⟩ anthiphoni *TC*, anti*phoni V* | frate*r V* ‖ 22 uultu sed fama posita *TC* | esse *om. C*

ex Phaedria et Antipho scire. at uero aliam notitiam negauerat Chaerea sibi fuisse cum Thaide, hoc est uisus, [uultus] oris et corporis. 2 NOVI NEMPE [VT] OPINOR THAIDEM uerisimile est haec scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chaereae. et est ordo hic: opinor noui, nempe ⟨Thaidem. 3 NEMPE⟩ OPINOR THAIDEM optime et ab illo tacitum et ab hoc nomen allatum est, ut appareat quam nouerit et quam possit assequi quae dicentur.

564 17 1 QVID EIVS TIBI FACIEM PRAEDICEM AVT LAVDEM praedicamus ut sunt res, laudamus extollimus. 2 Vel praedicamus uoce, laudamus argumentis.

719 **51** INVENIAM HODIE POL PAREM hic iam *προοικονομία* ad futurum exitum fabulae ⟨est⟩; nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chaereae et confirmantur nuptiae.

721 **53** 1 VTRVM TACEAMNE AN PRAEDICEM tertium *παρέλκον*: abundat enim aut 'utrum' aut 'ne'. 2 Aut certe ⟨*τὸ*⟩ ἑξῆς ⟨'utrumne'⟩, ut sit figura *τμῆσις*. 3 TV POL SI SAPIS QVOD SCIS NESCIS non possumus nescire, quod scimus. sed ita sane 'concordia discors' (*cf. Hor. Ep. I 12, 19; Lucan. I 98*); Vergilius (*Aen. XI 695*) 'sequiturque sequentem'.

722 **54** 1 DE EVNVCHO quod fuerit.

721 **53** 4 TV POL SI SAPIS QVOD SCIS NESCIS uideamus, cur nolit poeta de uitio uirginis continuo scire Thaidem: utrum ne improuiso malo uehementius commoueatur ac doleat? an ut ex eiusdem uirginis habitu uultuque ista cognoscat, quod est actuosius? an quod proximum uero est, ut illam et Thais et frater ignorantes uitiatam animosius aduersum militem defendant repetitum eam uenientem cum tanto strepitu ac minis? nam quo ore praeterea diceret Thais

2 nec ullo *TC*, ne *u*llo *V* ‖ 4 scilicet *om. C* | per *om. T* ‖ 5—6] parmenonis istam scio (*om. C*) esse (tegnam *add. dett.*) magis ut sit magis scio quam me uiuere deest magis (ut — deest magis *om. TC*) *codd.* ‖ 7 prem̃ *T* | hoc *TC* | *πρόικνομια V*, pro * * * * *TC* ‖ 8 est *add. W.* ‖ 9 sit *TC* | ⟨ad⟩ nuptie *T* ‖ 10 utrum taceas an era dicam (craticam *T*) *TC* | NE *om. V* | *παρέλκον V*, * * * * * *TC* ‖ 12 τὸ ἑξῆς utrumne *W.*: exit *TC*, hoc fit *in ras. V*[2] (= *dett.*); *cf. Eun. II 2, 3; Hec. I 1, 1* | *μίμησισ V*, * * * * * *TC*, *corr. Steph.*; *πλεονασμόσ ed. pr.* ‖ 13 si nescis *TC*, scias nescias *V* ‖ 14 se*d ita V* | sane *Schoell*: sine *codd.* ‖ 15 ⟨et⟩ uirg' *T* ‖ 17 fuit *T* ‖ 18 nescias *V* ‖ 19 *n*olit *V* ‖ 20 ne *ed. pr.*: ut *codd.* ‖ 21 an aut *TC* ‖ 22 illa *T* ‖ 23 thaidịṣ *C* | uitiatam ⟨tam⟩ *V* | aduersus *TC* ‖ 24 uiuentem *C* ‖ 25 ac minis] animis *TC* | ore] re *T*

Chremeti de sororis pudore sollicito (*IV 6, 10*) 'educata ita, ut teque illaque dignum est', si sciret illam uirginem non esse?

722 **54** 2 DE EVNVCHO quod Chaerea sit, non eunuchus. 3 QVOD SCIS NESCIS DE EVNVCHO in Heautontimorumeno (*IV 4, 26*) 'nescis quod scis, Dromo, si sapis'. et hoc est quod *κακόζηλον* dicitur. 4 QVOD SCIS NESCIS prouerbiale est et multum apud *διαλεκτικούς* tractatum, ut 'facio et non facio' et 'amicus sum et non sum' et 'audio et non audio' et cetera huiusmodi. 5 DE VITIO VIRGINIS quod iam mulier facta sit.

723 **55** 1 HAC RE ET TE OMNI TVRBA EVOLVES causa quaesita, cur ante iurgium cum milite Thais nesciat uitiatam uirginem. 2 ET ILLI GRATVM FECERIS cui nisi uirgini? cuius crimen et supra silentio texeris praesertim tacentis iniuriam suam et sic dolentis amissam uirginitatem, ut nec confessionem calamitatis suae subire possit.

724 **56** ID MODO DIC ABISSE DORVM 'id' pro 'hoc', subiunctiuum pro praepositiuo.

725 **57** 1 THAIS IAM ADERIT bene dixit: huic enim aderit Thais. 2 QVIA CVM INDE aliam ex alia causa supposuit, quasi dicat 'uideo causam'.

---

1 chremeti] cheree *C*, -rie *T* | pollicito *TC* | educata ⟨est⟩ *V* (= *dett.*) || 2 ut eque *TC* | siciret *T* || 5 scias *T* | nescias *V* | ineutontum· *C*, me in autontum· *T*, eautontumerumenon *V* || 6 nescias *T* || 7 *κακοτηλον Vatic. 1673*, ***** *TC*, *om. V* | Quid *T* || 8 *διαλέκτικωσ V*, *μεκτίκω< Vatic. 1673*, **** *T*, *om. C* || 9 et *ante* audio *om. C* || 11 tam *TC* | sic *T* || 12 euolues *in ras. V²*, releuas *TC* || 13 ante] ame *C* | cum *om. TC* || 14 gratam *T* | cui nisi] cuius *TC* || 15 cuius *om. T* | et] ut *V* || 19 ID] Iam *TC* | abiisse *V* | id *in ras. V²* || 20 pro positiuo *TC* || 21 iam thais *C*, thais nam *V* | enim ad*erit V* || 22 c^{um} (*sscr. m. 2*) *V* | inde ⟨abeo (*in mg. m. 2* = *dett.*)⟩ *V* | supposuit ⟨quasi praeposuit (prop- *T*)⟩ *TC* || 23 dicat] d· *T*

5.

727 **1** 1 ATAT DATA HERCLE VERBA MIHI SVNT VICIT VINVM hic semigrauis inducitur uino Chremes priorum memor, titubans in praesentibus, ut fere adpoti solent. 2 ATAT 'atat' interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali. 3 DATA VERBA fraus facta. 4 DATA HERCLE VERBA a milite an a meretrice, cuius iam pridem dolum malum in omni re suspectatus est? an magis a uino quasi captioso aliquo data uerba sunt, quia bibere dulce est, ebrium fieri turpissimum? adeo his quae sequuntur quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. Plautus de uino (*Pseud. V 1, 6*) 'pedes captat primo, luctator dolosus est'; Vergilius de uua idem (*Geo. II 94*) 'temptatura pedes olim uincturaque linguam'.

728 **2** 1 AC DVM ACCVBABAM hic u e r b a d a t a sunt. 2 QVAM VIDEBAR MIHI ESSE PVLCHRE SOBRIVS nihil elegantius: non dixit 'uidebar mihi tunc esse sobrius', sed ut hoc ipsum iam erroris esset ac uinolentiae, 'uidebar mihi' inquit 'nimium sobrius'. 3 PVLCHRE fortiter ac nimis.

729 **3** 1 NEQVE PES ad incessum, NEQVE MENS ad facta et dicta. 2 SATIS SVVM OFFICIVM FACIT bene: nec enim omnino non facit, nam hoc insaniae est, sed non s a t i s facit, quod est ebrietatis.

1 SVNT] s· *T* | VICIT VINVM] u·u· *V* ‖ 2 inducetur *C* ‖
adpoti s
3 fere olent (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 4 atat *om. V* ‖ 5 uerba hercle (hec *C*) *TC* ‖ 6 an] nam *TC* ‖ 7 re suspecta*tus est an magis a uino V*, r̄ specta cā magis a͡io *TC* ‖ 8 quasi] quas *T*, qua *C* | uerba data sunt ⟨uerba⟩ *C* ‖ 9 adeo turpissimum *V* | secuntur *TC* ‖ 10 sub (*del. ut vid.*) suctilem *C* ‖ 11 captaṇt *T* | primum *Plaut.* | est *om. TC* ‖ 12 *de uino* idem tentatura *V*, deuita·i·detemperantia *C*, de uia i·e·temperantia *T*; de uua *ed. pr.* ‖ 13 uenturaque *C* | lingua *TC* ‖ 14 ac *in* at *corr. V²* ‖ 15 MIHI — SOBRIVS] p·m·s· *V* ‖ 16 uidebor *T* | tunc *ed. pr.*: nunc *codd.* ‖ 17 ut *om. T* | uiolentie *TC* ‖ 20 NEQVE *2.* — dicta] n·m·a·f·2 d· *T* ‖ 21 s·s·o·f· *T* | nunc enim *V*, nec *TC* ‖ 22 fecit *C* | hec *C* | insania *TC*, insani *V*, *corr. W.* | non *ed. pr.*: nunc *codd.*

730 4 1 QVIS EST EHEM PYTHIAS εἰρωνικῶς et satis miro exemplo mutatam credit, postquam ipse mutatus est. 2 QVANTO NVNC FORMOSIOR VIDERE MIHI QVAM DVDVM hoc multum Academicos iuuat, qui aiunt, prout habiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud uideri et ideo nihil certi comprehendi posse.

731 5 1 CERTE TV QVIDEM POL et 'certe' et 'pol' haec dixit, ut appareret hanc uere loqui quae sobria est, illum uero ex uino falli. 2 *Et* honorifice atque ut sobria non dixit 'temulentior' ⟨aut⟩ 'lasciuior' ⟨sed 'hilarior'⟩.

732 6 1 VERBVM HERCLE HOC id est prouerbium, ut in Andria (*II 5, 15*) 'uerum illud uerbum est, uulgo quod dici solet'. 2 SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENVS hoc si ad sententiam reuoces, non conueniet ebrio, si ad petulantiam, quam scite dictum est! nam et improbior factus est et, cum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem seruauit; nam primum cibus, deinde potus, postremo libido ueneria. 'friget' autem, quia omnis huiuscemodi uoluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. 3 *Et* FRIGET proprie non adhaeret; translatum est enim hoc prouerbium '*friget*' a picatione uasorum, quae frigida

1 quid est *T*, quidem *C* | hem *codd.* | Phitias *C*, p · *V* | γρωνικωσ (*υ in ras. m. 2*) *V*, **** *TC*, *corr. Sabb.*; γνωμικῶς *Steph.* ‖ 3 u · m · q · d · *V* ‖ 4 iuuat achademicos (athademites *T*) *TC* | ⟨ut⟩ aiunt *TV* ‖ 5 affectati *C* | ideo *om. C* ‖ 7 et *1. om. V* | ⟨et⟩ hanc dixit *C* ‖ 8 apparerent *V*, apparet *TC* ‖ 10 aut *sscr.* V^2 (*= dett.*), *om. TC* | sed hilarior *in mg.* V^2 (*= dett.*), *om. TC* ‖ 11 id *est V* ‖ 12 uerbum *CV* | istud ⟨est⟩ *C* | uerum *V* | est *hic om. C* | quod uulgo *TC* ‖ 13 dici solet] dicitur *V* | sine cerere et liber' friget uenus *C*, sine cerere et l · f · u · *T*, sine c · et b · f · uenus *V* ‖ 14 si ad] sciat *TC* | conueni *TC* | ebriosi ad petulantiam (-len- *C*) *TC*, "ebriosi "ad petulantiam *V* ‖ 15 ⟨ei (ẹị *V*, et *C*)⟩ quam *codd.; recte?* | scite dictum *W.*: sic edictum *C*, sic a'edictum *T*, sic ant^{e} edictum (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 16 et] ut *TC* | tamen] tum *TC* | ordinem ordinalem seruabis *TC* ‖ 17 primus *codd., corr. ed. pr.* | potio *C*, (*ante corr.*) *T* | postremum *V* ‖ 18 ueneri^{a} (i *in* e *corr.*, a *sscr. m. 2*) friget *V*, uenerirafliget *T*, ueneri · Affliget *C* ‖ 19 qui his] quibus *T*, qui *C* | aliter *C* ‖ 20 friget *ex* finget *corr. C* ‖ 21 *frig*et *V* | a captione *C*, a capsione *T*

picem non tenent, cum alia multa meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, aurum et argentum et cetera huiusmodi. *nam sic alibi ait (III 3, 11) 'ubi friget, huc euasit'.*

4 *Et* uide tres μετωνυμίας: Cererem, Liberum, Venerem.

733 7 SED THAIS MVLTO ANTE VENIT interrogatiue pronuntiandum est. et scias de his esse interrogationibus hanc ipsam, in quibus ita quaerimus, ut quod interrogatur responsuri nobis ipsi nescire uideantur.

734 8 1 IAMDVDVM AETATEM quia 'iamdudum' infinitae morae est, addidit 'aetatem', ut ostenderet multum abiisse temporis, ut factum est. 2 IAMDVDVM AETATEM pro longinquo tempore, ut Lucilius (*I fr. 17 M.*) 'ut multos mensesque diesque, non tamen aetatem'. 3 AETATEM diu longoque et prolixo tempore, ut est aetas. *nam sic dicimus de die et* d i e c u l a m, *aliquantulam moram (cf. Andr. IV 2, 27).*

735 9 1 NIHIL DIXIT VT SEQVERERE SESE pro n o n. Vergilius (*Aen. V 751*) 'deponunt animos n. m. l. e.'. 2 NIHIL NISI ABIENS MIHI INNVIT apparet et quasi iratam discessisse Thaidem a milite et tamen sic iratam, ut illi ira consilium non ademerit: 'innuit' inquit 'cum abiret'.

1 sunt *V* ‖ 2 caetera *in ras.* V^2 ‖ 3 ait] ut *T* ‖ 4 uidet *T* | tres μετονυμία *V*, res MIHONOMIΔ *T*, res ****** *C* | liberum ⟨et⟩ uenerem *in ras.* V^2 ‖ 5 sed thais *in ras.* V^2 | pronuntiatam *TC* ‖ 6 est et *in ras.* V^2, hem ut *TC* ‖ 7 quaerim*us* *V* | quid interrogaturi *codd., corr. W.*; qui interrogantur *ed. pr.* ‖ 8 nobis ipsi *W.*: nobis si (sci *T*) *codd.* | uideatur *TC* ‖ 9 etatem *in ras.* V^2 | quia — 11 AETATEM *in mg.* V^2 | quia ⟨et⟩ *C*, quam *T* | infinitae — IAMDVDVM *om. T* ‖ 10 ⟨addite·⟩ Addit *C* | ostendat V^2 | abisset *C* ‖ 12 ut ⟨ut⟩ *T*, *om. C* | ut *2.*] et *T* ‖ 13 tamen *om. TC* ‖ 14 et prolixo *in ras.* V^2, prolixo (-sso *T*) *TC* | nam sic (si *T*) dicimus *TC*, *om. V* ‖ 15 et in diecula *V*, et a (*om. T*) diecula *TC*; *corr. ed. pr.* | aliquantulum (-tum *C*) mihi moram *TC* ‖ 17 NIHIL *om. TC* (*cf. supra* mihi) ‖ 18 animos a·n·m·(m·n· *T*) l·(r· *TC*) e·(a· *T*) *codd.* | nihil nisi abiens in mĩịt (induit *T*) mihi *TC*, nihil nisi a·m·a *V* ‖ 19 apparet] atq3 *C* | et *del. Steph.* ‖ 20 Thaidem *om. TC* | si *T* | irata *TC* ‖ 21 [a]demerit (*sscr. m. 2 = dett.*) *V*, emeret *TC* | inuit *C*, induit *T*

736 **10** 1 EHO NONNE ID SAT ERAT adeo simplex hic inducitur adulescens, ut a Pythia reprehendi possit. nam quid opus fuit dicere, si innuit? 2 SED NESCIEBAM ID DICERE ILLAM 'dicere' pro uelle significare. sic alibi (*Andr. III 2, 22*) 'quasi tu dicas factum id consilio meo'. 3 NISI QVIA CORREXIT MILES QVOD INTELLEXI MINVS hoc uidetur sapientius et facetius dici quam ab ebrio rustico adulescentulo debuisset. hoc uitium tunc fit, cum ingenium suum poetae in personas conferunt.

737 **11** QVOD INTELLEXI MINVS uerisimile hunc tantum extrusum, non etiam uapulasse, quia miles magis Thaidi quam huic irascitur.

738 **12** 1 MIROR VBI EGO HVIC ANTEVERTERIM 'ubi' in qua parte uiae. 2 HVIC ANTEVERTERIM hanc praecesserim.

6.

739 **1** 1 CREDO EQVIDEM ILLVM IAM ADFVTVRVM uides, ut ex ipsis apparet uerbis, quam concita et recens a litigio Thais ueniat. itaque nec nominat militem aut uirginem, sed pronomine utrumque significat quasi in medio constituta negotio. 2 ADFVTVRVM ESSE eum uidi aduenturum, ut (*Verg. Aen. X 143*) 'adfuit et Mnestheus'.

1 eho nonne i · s · t *V* ‖ 2 ut *om.* *TC* | possit *ex* -et *corr.* *C* ‖ 3 annuit *TC* ‖ 4 dicere id illam *T*, id d · i · *V* | diceret pro *TC* | uelle ⟨uel⟩ *TC* ‖ 5 i · con · m · *T* ‖ 6 NISI *om.* *V* | intellexit *CV* ‖ 7 uidere *C* | "quam "dici *V*, quam dici *TC* ‖ 8 adolescente *V* | debuit . sed*?* | tunc] tu ne *T* ‖ 10 intellexit *codd.* | tantum] tacitum *C* ‖ 11 taidi magis *TC* ‖ 13 VBI] uñ *C*, unde *T*, *ubi* *V* ‖ 14 quam *T* | ac presenserim (pñserim *T*) *TC* ‖ 15 affuturum *TC* | uides nô ex ipis separet (saperet *T*) uerbis *TC*, uides *ne ex ipsis apparere* uerbis *V* (= *dett.*) ‖ 16 consita *T* ‖ 17 nominat ⟨aut⟩*?* | uirginem aut (*ex* nec *corr.*) militem *C* ‖ 19 negotia *TC* | eum uidi *W.*: cum uidi *TC*, id est *in ras.* *V*² (= *dett.*) | ad ⟨futurum cum⟩ uenturum *C* ‖ 20 affuit *TC*² | et *mnesteus* *V*, et mestuus *T*, in mesteus *C*

3 SINE VENIAT cui dicit 'sine'? nulli, sed comminantis est, ut (*I 1, 20*) 'sine modo'.

740 **2** 1 ATQVE SI ILLAM DIGITVLO ATTIGERIT VNO moris ⟨est⟩ comminantium ad exiguum reuocare commissa, quae se ulturos praedicent. 2 OCVLI ILICO EFFODIENTVR et femineae minae sunt et in libidinosos quam maxime; nam hunc amatorem suspicatur esse uirginis. sic et alibi (*IV 3, 6*) 'ut ego illi facile in oculos inuolem uenefico!' in oculos autem maxime saeuire feminas et tragoediae fere et comoediae protestantur.

741 **3** 1 VSQVE ADEO EGO ILLIVS FERRE POSSVM INEPTIAS ET MAGNIFICA VERBA non dixit 'usque adeo illum possum amare', sed quam insuauis iam diu sit, ostendit dicendo 'ferre possum'. 2 *Et* cito ostendit, quae sit amicitia militis: 'ineptias' inquit 'et magnifica uerba'.

742 **4** 1 VERBA DVM SINT hoc est: quae uim non admisceant. 2 QVAE SI AD REM CONFERENTVR VAPVLABIT si discesserit a uerbis et rem experiri uolet, uapulabit. 3 *Et* bona locutio, ut si dicas: uerba ad rem contulit, hoc est: agere quod dicebat aggressus est.

745 **7** AD ME QVID QVASI ISTVC et rusticus et timidus et pudens commotus est meretriculae dicto.

1 cui · d · sine nullis (nllis *C*) et *TC*, *quasi* dic*at* sine *ntt* ⟨et (*in mg. m. 2*)⟩ *V*, *corr. W.* | ⟨com (*in mg. m. 2*)⟩ minantis *V* ‖ 3 atque (at *dett.*) si illam digitulo attigerit (contigerit; *in mg.* al' attigerit C^1) uno *TC* (*dett.*), atque illam si d · a · u · *V* ‖ 4 est (*post* cominantis) *add. dett.* | quae] q3 *T* ‖ 5 ulteros *T* ‖ 6 femine *C* | sunt mine *TC* ‖ 7 suspicantur amatorem *TC* | sic] sed *T* ‖ 8 ille *T* | inuoluem *V* ‖ 9 et] a *C* ‖ 10 praetestantur *C V* ‖ 11 usque adeo e · i · f · p · i · et · m · *u* · *V* | ineptiam *TC* ‖ 12 possum *om. TC* ‖ 14 fere *T* ‖ 15 ineptia *TC*, $\text{inepta}^{\text{is}}$ (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 16 VERBA *om. T* | hoc est] · i · *C* | qui *TC* ‖ 17 que (q̃ *C*) si *TC*, $\overset{\text{verum}}{\text{Quịḍ}}$ si (*corr. m. 2* = *dett.*) *V*; uerum enim si *Ter.* | VAPVLABIT] u · *V* ‖ 18 sic *T* | et *om. TC* | experiri uolet *V*, ceperit *bis C*, *semel T*; experiri coeperit *ed. pr.* (*dett. desunt*) ‖ 21 quid (id *T*) quasi istuc *TC*, quid q · i · *V*

746 **8** 1 HAEC ATQVE HVIVSMODI SVM PASSA MVLTA facunde meretrix et haec imputat adulescenti quae uidit et alia quibus non interfuit. 2 REDDERE AC RESTITVERE proprie redditur cupientibus, uti domino seruus, restituitur cupiens, ut patriae ciuis, et redditur et restituitur ⟨cupientibus⟩ cupiens, ut parentibus filius. 3 Ergo in hac utrumque est: et reddi et restitui.

747 **9** HEM extimuit adulescens, quod sororem suam in domo meretricis esse audiuit, cui rei occurrit Thais statim.

748 **10** 1 EDVCTA subauditur 'est domi apud me'. 2 EDVCTA ITA VT TEQVE ILLAQVE EST DIGNVM bene purgauit, quod ex quaestu meretricio exspectabatur: non, inquit, ut me dignum est, apud me est. 3 QVID AIS recte, quia mirum apud meretricem liberaliter ⟨hanc esse eductam⟩.

749 **11** 1 HANC TIBI DONO DO melius dixit quam 'dono', ut dominus potior sit uel deus. 2 NEQVE REPETO PRO ILLA QVICQVAM ABS TE PRETII ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstrauit oratorie dicens se id non esse facturam.

750 **12** ET HABETVR ET REFERTVR THAIS qui habet apud se gratiam, nondum rettulit; rettulit qui destitit habere. *multum ergo hic dixit: et habituiri gratiam et restitutuiri tamen.*

1 sum passa m · *V*, sum (*ex* sub *corr. C*) passa (paxa *T*) mulier *TC* ‖ 2 meretricis *C* | hac inuitat *TC* | uidet (i *superscr.*; *corr. m. 2* = *dett.*) *V*, uidet *TC* ‖ 4 reddatur *C*, redř *T* | restituitur — redditur *om. V* ‖ 5 patriae — ut *om. T* ‖ 6 cupientibus (*post* cupiens) *add. ed. pr.* ‖ 8 suam *om. TC* ‖ 9 audit *V* ‖ 10 adducta *TC* | est *om. V* ‖ 11 ut teque illaque est d · (dignum est *dett.*) *V*, i · i · as · *T*, i · i · a · b · C^1 | purgabit *T* ‖ 12 quaestu *Bentley*: fastu *codd.* | meretrico *TC*, meretriis *V* | spectabatur *codd., corr. Steph.* ‖ 13 me est] me *V* | ait *TC* ‖ 14 hanc — eductam *add. W.* ‖ 17 dominus potior sit uel deus *TC*, donum placidius uideatur et praestantius *in ras.* V^2 (= *dett.*) | REPETO] re · *V* ‖ 18 QVICQVAM *om. V* | PRETII] p · *V* ‖ 19 docens *Klotz* | se id *W.*: serio *codd.* ‖ 20 facturum *V* ‖ 21 THAIS *om. V* | quae *TC* ‖ 22 nondum *sscr.* V^2 | destiti *TC* ‖ 23 et habet uiri gratiam et restitit uiro (destitit uiro *V*) tamen *codd., corr. Goetz*

quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum (*110, 4*) 'arma, pecuniam sume utere, et quoad uixeris, numquam tibi redditam gratiam putaris: semper apud me integra erit'.

751 **13** 1 NE PRIVS QVAM HANC ACCIPIAS A. C. hoc in comoedia licet more uulgi dicere; ceterum non potest amitti quod nondum acceptum sit. 2 An quia iam dudum sumptum est?

752 **14** NAM HAEC EA EST QVAM MILES A. M. VI N. E. V. non ad terrendum, sed ad parandum animum adulescentis haec dixit, qnem audacem putat aliter ac res ipsa est. nam mox Thais mutabit orationem et dicet (*v. 21—22*) 'quicum res tibi est, peregrinus est, minus potens quam tu, m. n., m. a. h. h.'

753 **15** CVM MONVMENTIS haec sunt, quae Graeci dicunt *σπάργανα*.

754 **16** 1 VIDEN TV ILLVM THAIS l o n g e u i d e r e timoris est indicium. 2 VBI SITA EST trepidantes personas miscuit.
3 IN RISCO cista pelle contecta; nomen Phrygium.

755 **17** 1 QVANTAS COPIAS ADDVCERE proprie dixit 'copias', nam sic dicuntur legiones in unum collectae. conuenit tamen rudi et rustico adulescenti sex homines 'copias'

1 Iugur · *C* ‖ 2 ⟨et⟩ pecuniam *C* | sum̃e utere *TC*, su me utere (*sscr. m. 2*) *V* | uiues *Sall.* ‖ 3 putaueris *TC* ‖ 5 HANC *om.* *V* | accipias *ex* acceperis *corr.* *C* | A. C.] a · e · *C*, a me *T* ‖ 7 admitti *C*, admitti *V* ‖ 9 EST *om.* *TC* | miles.a me ui nc̃ · e · r · t · u · *TC*, m · n · e · u · *V* ‖ 10 animum *om.* *T* ‖ 11 quom *T* | hac *T* | re ipsa*?* ‖ 12 mutauit *TC*V^1, *corr.* V^2 | dicet *ex* -it *corr.* V^2 ‖ 13 tibi res *V* | est *2.*] et *T* | potens quam tu m · n · m · a · h · h · *V*, po · q · t · m · n · (h · *T*) m · a · h · h · *TC* ‖ 15 hoc sunt *V* ‖ 16 *σπάργανα Vatic. 1673,* ****** est pgana (peregrina *T*) *TC*, *εστπάργανα V*, *κρεπΒυδια P* (= Krepundia); *λείψανα παργονα ed. pr.*; *γνωρίσματα καὶ σπάργανα Steph.*; *cf. Thes. gloss. s. v.* monimenta ‖ 17 THAIS] t · *TC* ‖ 18 ubi *ante* inditium *C* | SITA] *ista V*, ita *T*, il ista *C* ‖ 19 rasco *T* | cista] scilla *TC* | puelle *T* | frugium *TC*, frugium *V* ‖ 20 quantitas (quãtas *T*) c · a · *TC* ‖ 22 rudi et *om.* *V* | copias homines *TC*

dicere: militem, parasitum, Donacem, Syriscum, Simalionem, Sangam.

756 **18** 1 NVM FORMIDVLOSVS OBSECRO ES M. H. 'formidulosus' et *terribilis* et *timidus* intellegitur. 2 APAGE SIS Plautus in Trinummo (*II 1, 26*) 'apage amor'.

758 **20** 1 ATQVE ITA OPVS EST ut minus formidulosus sis. 2 METVO QVALEM ME H. E. uidetur ebrius factus hic Chremes iam etiam displicere nolle mulieri; nam idcirco fatetur se timere malam de se opinionem Thaidis. 3 *Et* METVO QVALEM noue dixit pro 'metuo ne ignores'.

759 **21** 1 PEREGRINVS EST MINVS POTENS QVAM TV ipsa nunc eloquitur, quid efficiatur ex eo quod ait 'peregrinus est'. 2 MINVS POTENS QVAM TV bene sic dixit, quia tardum fuit dicere 'ille impotens, tu potens' etc.

761 **23** 1 SED TV QVOD CAVERE P. S. A. E. ostendere uult Terentius plures sententias ad timiditatem congruere quam ad audaciam: nam et mox dicturus est (*IV 7, 19*) 'omnia prius experiri quam a. s. d.', quia ex prouidentia timor, ex audacia temeritas prouenit. 2 STVLTVM ⟨ADMITTERE EST stultum⟩ est fieri sinere. 3 *Et* melius dixit quam 'pati': hoc generale est. *nam nunc 'admittere' pati fieri significat.*

762 **24** 1 MALO EGO NOS PROSPICERE pro 'cauere ne fiat', *id est prospicere et cauere*: ab eo quod praecedit id

1 doracem *V* | simallionem *C*, simaglonem *T* ‖ 2 sagam *T* ‖ 3 NVM] nunc *TC*, non *V* | formidulosus o · e · m · h · *TC*, obsecro for · es m · h · *V* ‖ 6 sit *C* ‖ 7 ME] m · *T* ‖ 8 iam etiam] et (e *T*) iam *TC* ‖ 9 Et] sed *CV* ‖ 10 mutuo *C* | QVALEM] q · *V* | per mutuo *C* | ignores *W.*: ignarus *codd.*; ignara sis *ed. pr.* ‖ 11 potens quam tu ⟨quam tu⟩ *V*, p· quam ⟨post quam⟩ tu *TC* ‖ 12 nunc *Teuber*: non *codd.* | quod *TC* ‖ 13 MINVS] q · *C* | p · q · tu · *TC* ‖ 15 quod tu *TC* | E.] ẽ *V* ‖ 16 concluere *C* ‖ 17 ad *sscr.* V^2, *om. TC* ‖ 18 a. s. d.] ar · sa · d · *V*, a · s · u · *TC* ‖ 19 ex] et *C*, aut *T* | peruenit *C* | ADMITTERE — stultum *add. W.* ‖ 20 fieri ⟨nec fieri⟩ sine re *codd.* ‖ 21 a^{d}mittere (*sscr. m. 2*) *V* | patefieri *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 22 MALO EGO] mglego *TC* | PROSPICERE] pro · quam *V* | pro cauere] prouidere *TC* ‖ 23 perspicere *C*

quod sequitur. 2 ACCEPTA INIVRIA hic causa ostenditur, cur illud malit.

763 **25** 1 TV ABI ATQVE O. O. I. pauidi consilium nihil aliud continet praeter claustra et fugam; nam sera est claustrum ianuae. 2 DVM EGO H. T. A. F. 'transcurro' dixit, non 'curro', ut proximitatem fori ostenderet.

764 **26** 1 VOLO EGO A. quasi minus timeat, 'cupio' non inquit sed 'uolo'. 2 IN TVRBA HAC uide timidum turbam appellare, in qua mulier non timet.

765 **27** 1 MELIVS EST fugae occasionem hic cupit dari. 2 MANE hoc gestu iam adiuuatur. 3 OMITTE IAM A. ex huius uerbis apparet etiam manu comprehensum esse adulescentem. 4 OMITTE IAM A. quia causam probari non uidet, celeritatem redeundi pollicetur. 5 NIHIL OPVS EST ISTIS 'istis' utrum aduocatis an 'istis' omnibus quae dixisti?, ut Vergilius (*Aen. IX 94*) 'aut quid petis istis?'

766 **28** 1 HOC MODO DIC SORORE ESSE I. T. ordine exsequitur: primo utrum personam habeat, 'dic sororem' inquit 'esse illam tuam'; utrum negotium habeat, 'et te paruam uirginem amisisse'; cur hodie agat, 'nunc cognosse', et unde probet, 'signa ostende'. 2 ET T. P. V. A. haec omnia sic pronuntianda sunt, ut et iusta et factu facilia demonstrentur.

768 **30** SI VIM F. IN IVS D. H. recte, quia uiolento ciuiliter resisti solet.

3 o·o·i· *V* | paudi *ex* -de *corr. C* ‖ 4 praeter *Klotz:* post *codd.* | claussa *T* ‖ 5 claustrum (*in mg.* uel clausum *m. 1*) Annue *C*, clausum anime *T* | T.] c· *T* ‖ 6 dicit *T* | ut] in *TC* ‖ 7 ⟨h·⟩ a· *T* | quasi] qꝛ *T* | timiat *C* ‖ 8 Inturbata hac (ac *T*) *TC* ‖ 9 in quam *TC* ‖ 10 fugae] figure (-re *C*) *TC* | capit *TC* ‖ 11 iam ⟨h·⟩ a· *V* ‖ 12 huis *C* ‖ 13 iam ⟨h·⟩ a· *V*, i·a· *TC* ‖ 14 sceleritatem *T* | redeunti (redd- *C*) *TC* | NIHIL] in hoc *T* ‖ 15 istis *1. om. V* | uerum *TC* ‖ 16 ut *om. TC* | qd° *T* ‖ 17 petistis *TC* ‖ 18 DIC *om. TC* | s·e·t· (*om.* I.) *V* | T.] te *T* ‖ 19 habet *CV* ‖ 20 illam *om. C* ‖ 21 uirginem amisisse] ·i·a· *TC* | nunc] non *C*, nec *T* | cognosce (signa *add. V*) *CV*, cognoscit *T* ‖ 22 et *om. V* | ostendere *TC*, ostende*tur V* | T. *om. V* ‖ 23 et iuste *TC*, iusta *V* ‖ 24 si uim f·i·i·d· (*om.* H.) *TC* | recte — 433, 1 DICAS *in mg. V*[2] | recto *TC*

769 **31** 1 FAC ANIMO HAEC PRAESENTI DICAS haec non dicerentur a Thaide, nisi in illius uultu pauor nimius appareret. 2 FACIAM adiuuandum pronuntiatione est 'faciam' timide dictum. 3 ATTOLLE PALLIVM ex huius uerbis Chremetis animum demonstrauit nimium liberaliter pauidi adulescentuli. 4 ATTOLLE PALLIVM uel quia simplex est uel quia ebrius, trahit pallium Chremes.

770 **32** PERII HVIC IPSI EST OPVS PATRONO Q. D. P. haec meretricis querela rudem adulescentulum magis et honeste natum quam culpandum esse demonstrat.

7.

771 **1** 1 HANCINE EGO VT CONTVMELIAM T. I. I. M. A. G. hic rursus inepti uanitas militis demonstratur ad amicam tamquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concito cursu, undanti chlamyde, trepidi et quatientis caput. 2 *Et* haec uerba pro hortatu imperatoris accipienda sunt, quandoquidem omnia de exercitu transferuntur. 3 CONTVMELIAM proprie et ut miles. Sallustius (*Iug. 58, 5*) 'ne quam contumeliam' etc. 4 IN ME ACCIPIAM GNATHO apparet Gnathonem dehortatorem esse certaminis et ad pocula militem prouocare, maxime cum uideat persuasisse ista consilia (*cf. III 1, 45 sq.*), ut hoc certamen moueretur.

772 **2** 1 MORI ME SATIVS EST ridicula praesumptio, tam-

1 HAEC *om. TC* | ⟨ut⟩ praesenti dicas V^2, p̄ d' · *TC* ‖ 2 dicentur *T* | nisi *om. C* | in illius] nullius *TC* ‖ 3 apparet *TC* | est *om. TC* ‖ 4 faciam enim (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* ‖ 6 adolescenti *TC* | actolle *C* | p · *V* | uel *om. TC* ‖ 8 IPSI — P.] i · e · p · d · i · (a · *T*) *TC* ‖ 10 quam] que *T* ‖ 11 ut ego *TC* | CONTVMELIAM — G.] con tam · *TC* | M. *om. V* ‖ 12 *ru*rsus *V* ‖ 14 consito *T* | chlamide (cla- *CV*) *codd.* | patientis *T* ‖ 15 hortati *T* ‖ 17 et *TC*, non *in ras.* V^2; *secl.?* | sal' · (sa · ul' *C*, sed ut *in ras.* V^2 = *dett.*) ne quam (qua *TC*) contumeliam (-lia *TC*) est (*om. V*) *codd.* ‖ 19 GNATHO] sed *TC* ‖ 20 et| qꝫ *T* | prouocare] reuocare *Teuber* ‖ 21 ista *CV*, (*bis*) *T*; ipsius *Teuber* ‖ 22 moreretur *T*, (*in* mon- *corr.*) *C* ‖ 23 me s · est *V*

quam aduersus meretricem ⟨iurgia⟩ numquam Thraso sumere ausurus esset nisi morte proposita. ergo uelut mortis contemptu opus est ad tale proelium. 2 MORI ME S. E. tamquam aliter miles aduersus mulierem audere non posset, uel quia nihil uel quia amator. 3 MORI ME S. E. quasi ille sibi dicat uel molestum esse certamen uel amicam non esse laedendam.

771 **1** 5 INSIGNEM et 'insignem' ut miles dixit, quia insignia armorum sunt.

772 **2** 4 SIMALIO et hoc concite pronuntiandum. 5 SEQVIMINI huiusmodi militia per tumultum repente suscipitur et dicitur euocatio, ubi dux alloquitur ciues 'qui rem pu. saluam uultis esse, sequimini!' unde Vergilius sic ait (*Aen. VII 693—94*) 'desuetaque bello a. i. a. u. s. f. q. r.' et alibi (*VII 614*) 'ipse u. p.; s. t. ⟨c.⟩ p.'

773 **3** 1 PRIMVM AEDES EXPVGNABO debet hic esse uociferatio uana: ad hoc et uerbum militis cum quodam motu ingenti et immanes minae sine ulla ui rerum. 2 *Et* uana comminatio, uelle aedes expugnare, cum foris sit meretrix.

774 **4** 1 MALE MVLCABO IPSAM uide ordinem belli: expugnatio moenium, recuperatio captarum rerum, poena praedonum. 2 PVLCHRE postquam non obtinuit quod uolebat Gnatho, assentatur ad omnia. uide autem mani-

1 iurgia *sscr.* V^2 (*= dett.*), *om.* *TC*; *an* rixam? arma (*post* numquam) *Schoell* ‖ 2 esse *TC* ‖ 3 ad te praetium *C* | mora *T* ‖ 4 E.] est *V* | alter *TC*, al^i^ter (*sscr. m. 2*) *V* | aduersum *TC* ‖ 5 possit *C* | mori · s · me · s · e · *C*, mori ĩ me s · ꝛ e · *T* ‖ 6 quasi ille ⟨quasi⟩ *C* ‖ 7 non *om.* *TC* ‖ 9 a^r^morum (*sscr. m. 2*) *V* ‖ 10 simallio *T* ‖ 11 huius mõ *C*, mõ huius *T* | militiã *T*, malitiam (ma *in* mi *corr.*) *C*, militiam *V* | suscipitur *V* ‖ 12 reuocatio *TV* | ubi dux et alloquitur ciues *V* ‖ 13 saluam *om.* *V* | unde *om.* *T* ‖ 14 bella *V*, b · *TC* | a. *1.*] de *TC* | t ·] c · *T* ‖ 17 et (*corr. m. 2 = dett.*) *V* ‖ 18 inanes *T*; *Bentley* | minas *codd., corr. W.* | rerum] ret^e^ *T* ‖ 19 uelle uideatur (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* | fore *T* ‖ 20 meretricis *C* ‖ 21 male multabo ipsam *V*, mallem · et *TC* | belli *om.* *TC* ‖ 22 poena *om.* *TC* ‖ 24 adsentatur *ad omnia* *V*

festam irrisionem ex ipso genere laudandi; nam quid est in aedium expugnatione recti? quid in uirginis ereptione probitatis? quid in male mulcanda muliere pulchritudinis? sed hoc est quod ait supra de se ipso parasitus (*II 2, 20*) 'quicquid d. l.'. 3 IN MEDIVM HVC AGMEN C. V. D. mire composita ad contemptum nomina legionariorum; nam Donax ab arundine nomen, ueluti sit inanis et fragilis, Simalio a simio uel a simia deriuatum est ob foeditatem oris uel nasi, Syriscus iam diminutiuum est a Syro. 4 IN MEDIVM HVC ridicule satis armaturas leues non putat aduersus Thaidem idoneas et ideo a g m e n c u m u e c t i uult uenire in medium. 5 An ideo 'cum uecti', quia ad expugnationem uenitur aedium?

75 5 TV SIMALIO IN SINISTRVM TV SYRISCE IN DEXTRVM C. hic agmen instruitur. facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculae deriuantur..

76 6 1 CEDO ALIOS non 'reliquos' dixit sed 'alios', quasi multi sint. 2 SANGA nec Sangarius, saltem ut nomen esset. 3 MANIPVLVS FVRVM proprie 'manipulus' milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex m a n i p u l o herbae, quem pro signo sequebantur. merito igitur

1 laudandam *CV*, -dum *T, corr. ed. pr.* ‖ 2 in aedium] tedium *T* | quid *om. V* | in *om. T* | erectione *T* ‖ 3 probitas *T* | mulctanda *V*, uulgande *T*, (*in* mul///tanda *corr.*) *C* ‖ 4 de se ipso *om. V* | d·] a· *V* ‖ 5 agmen e·d· *V*, a·c·u· *T*, a·o·r· *C* ‖ 6 composite *T* | ad tectum *T*, ad con temptum *C* ‖ 7 dorax *V* | ad *T* | ueluti sit (sic *C*) inanis fragilis *TC*, *ueluti sit fragilis et inanis nomen* sortitus est (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* ‖ 8 Symalio *C*, simallio *T* | ad simio *T* | symia *C* ‖ 9 uel] et *V* | est *om. T* ‖ 10 ac maturas *C* ‖ 11 *et* 12 *cum* uecte (-te *ex* -ti *corr. m. 2*) *V*, conuecti *TC* ‖ 14 tu si mallio in sinistrum tu sirisce (scir- *T*) in dextrum *TC*, tu simalio in s·*c*·*t*·s· in d·c· *V* ‖ 15 agmen *om. T* | instruitur *dett.*: struitur *TV*, struitior *C* ‖ 16 res ⟨est⟩ *TC* ‖ 19 ferrum *C* | manipulus ⟨est⟩ *V* | militis *codd., corr. W.* ‖ 20 centum] ·c· *C*, cum *T*, (*sscr.*) V^2 (= *dett.*) | romani et colatini *TC*, ro et (*ex* ē *corr. m. 2*) latini *V* | ex] *bellum* ⟨aggressuri deputabantur sibi illi certum (sertum *vel* sertam *dett.*) uel coronam ex (*in mg. 2*)⟩ V^2 (= *dett.*) ‖ 21 herba *TC*; uel alio huiusmodi conficiebant *dett.* | quam *C* | singulo *T*

centurionem uidens manipulum desiderauit, hoc est cocum uidens conuiuas desiderauit, qui apparuerant, quotiens cocus affuit, id est conuiuium instructum est. alii 'manipulum furum' coci discipulos putant dici. 4 ECCVM ADEST pro se ac pro discipulis Sanga.

777 7 1 QVID IGNAVE P. P. apparet cocum ad repentinum strepitum sic exisse, ut artem suam fuerat expediturus. 2 QVI ISTVM 'peniculum' scilicet.

778 8 1 EGONE IMPERATORIS VIRTVTEM N. haec causa est. 2 IMPERATORIS VIRTVTEM NOVERAM ET VIM M. hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, ut Sanga uno et eodem tempore et quaerat quid dicat et respondeat tamen hoc fieri saepe.

779 9 1 SINE SANGVINE HOC FIERI NON POSSE ἀπροσδοκήτως: quid igitur, si hoc sciebat? 2 QVI ABSTERGEREM VVLNERA tamquam hoc fuerit auxilii genus. 3 QVI hoc est u n d e. 4 VVLNERA quorum uulnera? utrum utriusque partis an, quod magis ridiculum est, suorum?

780 10 1 SOLVS S. S. D. haec figura παρόμοιον dicitur. 2 SOLVS SANNIO SERVAT DOMVM ut (*Verg. Aen. III 183*) 'sola mihi talis casus C. c.'. 3 SOLVS SANNIO S. D. pro

1 coquum *codd.* ‖ 2 desiderat *TC* | apparauerat *codd., corr. Klotz* ‖ 3 locus *codd., corr. Klotz* | adfuit *V* | idem *C* ‖ 4 furum] ·ſ· *C*, cs· *T* | cochi *V*, c·o·(a· *T*) c·i· *TC* | puta ut dici *T* ‖ 5 per se ac per *C* ‖ 6 *p*·p· *V*, pecul·pun· *C* | cochum *V*, coquum *TC* ‖ 7 artam *T* | fuerat (i *sscr.*) *V* | expeditus *TC* ‖ 8 istun (c *sscr. m. 2*) *V* | peniculoñ sol'· *C*, -lo ne solis *T* ‖ 9 IMPERATORIS — N.] uir·i·nō· *TC* ‖ 10 M.] mil *C*, militum *T*, *om. V* ‖ 11 et *om. TC* ‖ 12 et] ut *TC* | quid — FIERI] quid respondeat (rn dicat *T*) tamen hoc fieri saepe sine sanguine hoc (*om. T*) fieri non posse *TC*, *simulque* respondeat *q·d· hoc noueram fieri saepe sed sine* sanguine hoc non fieri posse *V* (*sim. dett.*) ‖ 14 *ἀπροσδοκητὸσ V*, *Ααπροσέκητοσ Vatic. 1673*, ****** *TC* ‖ 15 sciebat ⟨norat⟩ *V* | QVI *Steph.*: ut *V*, *om. TC* | stergeret *TC* ‖ 16 quid *T* ‖ 17 utru*m V*, utrunque *TC* ‖ 18 ″est suorum ″ridiculum *V* ‖ 19 S. S. D.] do *C*, Da *T* | he *T* | *παρόμοιον* dicitur *V*, ****** *TC* ‖ 20 Samia *C* ‖ 21 tales *C* | casus] ç· *C*, *om. T* | SOLVS — D.] solos samios (sannos *T*) dic̄· (dixit *T*) *TC*

remanet et obseruat. nam 'seruat domum' rectum erat, non 'seruat domi', si custodit intellegeretur. 4 Vel SERVAT pro sedet et seruat, ab eo quod sequitur id quod praecedit; nam non seruat nisi qui prius in eodem loco sederit. 5 QVI MALVM ALII 'malum' κατὰ παρένθεσιν suauiter infertur. Plautus in Epidico (*V 2, 45*) 'quae, malum, haec impudentia est?' et non interponitur 'malum' nisi conuersis oculis ad eum, qui id quod reprehendimus dixerit. 6 MALVM interiectio nunc est.

781 **11** 1 POST PRINCIPIA magnifice ad risum commouendum, nam dicere debuit 'post uos'. et hunc locum sibi optimum elegit ut timidus. 2 POST PRINCIPIA militare dictum est. et ambigunt multi, utrum in extremo agmine sit hic locus an in medio. 3 INDE OMNIBVS SIGNVM DABO tamquam non omnibus dari possit, si aliunde detur.

782 **12** 1 IPSE SIBI C. L. 'loco' simpliciter, quia 'post principia'. 2 An LOCO in loco, opportune, εὐκαίρως, ut (*Ad. II 2, 8*) 'pecuniam in loco n. m. i. l.'? 3 An pro de loco?

783 **13** 1 IDEM HOC PYRRHVS F. irridet quidem poeta, uerumtamen ostendit officium imperatoris hoc esse, ne se in periculum proiciat. sic Sallustius (*Hist. V fr. 4 M.*) 'et in proeliis actu promptus'. 2 *Et* hoc totum non quasi in palliata, sed concessum poetis fuit. Pyrrhus

1 remanet] remī *T* | nam — non seruat *om. C* ‖ 2 si custodit] *nisi* ^{pro} custodit^{2} (pro *et* ^{2} *m. 2*) *V* ‖ 3 se*det V*, se sed *TC* ‖ 4 ⟨ad⟩ id *TC* | procedit *T* | prius] plus *TC* ‖ 5 κατα παρενθεαν *V*, ****** *TC* ‖ 7 haec malum *Plaut.* | est *om. TC* ‖ 8 qui *id quod V*, quod *TC* | reprehenderis (-dcas *T*) dixeris *TC* ‖ 9 nunc *om. V* ‖ 10 com*moue*ndum *V* ‖ 11 debuit *om. C* | uos *sscr. V*² | hoc *T* | optimum sibi *T* ‖ 13 est dictum *C* | ambigu*nt* ⟨mul (*in mg. m. 2*)⟩ *ti V* | utrum] an *C* | sit agmine *TC* ‖ 14 an] *** *C*, *om. T* | signa d· *TC* ‖ 16 IPSE *om. T* | *c*·l· *V* | simp *C* ‖ 17 *an V* | opportune ⟨quod⟩ *V*; quod Graeci? | ευχαιρωσ *V*, ***** *TC* ‖ 18 n. — l.] **** *T* ‖ 19 An — loco *om. V* ‖ 20 idem hoc p·s·f· *TC*, hoc pyrrhus f· *V* | irradet *T* ‖ 22 sic salu· (sal' *T*) *TC*, salustius (*sscr.*) *V*² ‖ 23 et *om. TC* | non] nomen *T* ‖ 24 cessum *T*

autem peritissimus strategematum fuit primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit.

784 **14** NIMIRVM CONSILIVM ILLVD RECTVM EST DE OCCLVDENDIS AEDIBVS ⟨'nimirum consilium⟩ illud rectum est' et noua locutio et similis superiori (*III 3, 2*) 'nimirum dabit haec Thais mihi m. m.', pro s i n e d u b i o r e c t u m est.

785 **15** 1 SANE QVOD TIBI NVNC VIR VIDEATVR ESSE HIC figurata locutio et praeterea ὑπερβάτῳ intermixta, nam hic ordo est: sane hic nebulo ⟨est⟩: ne metuas. 2 An hic ordo erit et sensus, ut sit dictum: ne metuas: sane quod tibi uir uidetur esse hic, nebulo magnus est? 3 *Et* recte, nam dum obit terretur adulescens et aetate militis, quod iam uir est, et magnitudine, quod magnus corpore: quae utraque in illo uana esse meretrix ut experta iam indicat. 'nebulo' autem uel i n a n i s e t u a n u s uel m o l l i s, ut nebula est, dicitur. 4 *Et* εἰρωνικῶς hoc dictum est: meretrix enim corripiens frustra metuentem Chremetem 'sane' inquit 'nimis consilium rectum est de occludendis aedibus'. 5 *Et* deest 'non est', ut sit: non est quod tibi nunc uir uideatur esse hic: nebulo magnus

1 stratagematum *V*, strагematum *T*, (*sscr.* ·i·castramentari) *C* ‖ 2 ea] et *T*, a *C* | disciplu *C* ‖ 4 rectum ideo concludit (cocludat *C*) edibus *TC*, r·e·d·o·e· *V* ‖ 5 nimirum consilium *add.*. *W.* | rectum est *dett.*: recte *TCV* ‖ 6 et *1. om.* *TC* | nimirum *om.* *T* ‖ 7 hec thays mihi ma mal *C*, h·t·mihi m·m· *T*, hoc n·m· *V* | per *C* ‖ 8 sane qui tibi n·u·u·h· *V* ‖ 9 yperbaton (hyperboton *T*) interim ista *TC*, iperbaton (*in mg.* ὑπέρβατον *m. 2*) intermixta *V* | nam] nunc *T* ‖ 10 hic nebulo ⟨est *add. dett.*⟩ ne metuas *TC*, qui tibi n·u·u· *V* ‖ 11 erat *T*, *om.* *V* | sensuȝ *C* | metua^{s}m *V* ‖ 12 qui *V* ‖ 13 dum obit terretur *W.*: dum obterretur *codd.* | ętatem *TC* ‖ 14 nam *TC* | magnitudinem *TC* ‖ 15 esse *om.* *T* | ″ut experta ″*meretrix* *V* ‖ 16 iam indicat *W.*: iam chercam *C*, -rea *T*, denunciat *in ras.* *V*[2] (= *dett.*); iam dicit Chremeti *Schoell* | uel *inanis* *V* | uel *2.*] et *TC* ‖ 17 ut] et *T* | ιρόνικῶς *V*, ironices *T*, yronicos *C* ‖ 18 enim] e^{i} *V*, *om.* *TC* | metuentem] timentem *V* ‖ 19 chremētem *C*, chem̄ *T* ‖ 20 concludendis *T* | ut sit non est *om.* *V* ‖ 21 quod] qui *V* | uidetur *V*

est. sic et alibi (*V 8, 34—35*) 'si te in platea hac offendero posthac [nihil est] q. d. m. «alium quaerebam, iter hac habui», peristi', ut sit: non est quod dicas mihi.

786 **16** 1 QVID VIDETVR non diceret miles, si staret in sententia. sed iam uidetur timore mutatus. 2 QVID VIDETVR dubitant, a quo dictum sit 'quid uidetur?' ego sane hoc militem puto dicere, quem paulatim ⟨timor⟩ a uiolentis atque acribus principiis ad torporem desidiamque perducit. nam primo ipse praecedit, utpote qui dicat (*v. 2*) 'sequimini'; tum deinde, posteaquam propius uentum est, 'post principia' (*v. 11*) refert pedem; post iam nihil ipse audet, sed quaerit consilium parasiti; denique ubi comminus iam res gerenda est, dixit (*v. 18*) 'mane' et continet irruentes; ad postremum diffisus nescit quid agat ⟨et⟩ ad parasitum spectans (*v. 41*) 'quid agimus?' inquit. 3 FVNDAM TIBI NVNC mire parasitus, quia militem uidet nolle uel non audet repugnare, consilium formidulosum et aptum metuenti dedit, subtiliter tamen; nam funda pugnant, qui comminus non possunt, et ex occulto, qui non audent palam. 4 Sed honesta causa: non 'quia timentur' inquit, sed 'ut fugiant', tamquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. 5 FVNDAM TIBI non dixit 'hastam' aut 'lanceam' sed [sagittam] 'fundam', qua nimirum longe iactatur, ut ex hoc interuallo pauorem ostenderet non audentis accedere. 6 *Et* mire 'tibi',

2 effundero *TC* | est] e · *TC* ‖ 3 iter hab (ac *T*) abiit periisti *TC* | est *om. C* ‖ 4 miles *sscr* V^2 | si] sed *TC* ‖ 5 minatus *C* | quod *C* ‖ 6 dubitant a quo *Westerh.*: dubitantia (dubitantis est *V, dett.*) quod *codd.* | quod uidetur *C*, quid uidetur ⟨quid uidetur⟩ *V* ‖ 7 hoc sane *TC* | timor (*post* perducit) *in mg. add.* V^2 (= *dett.*), *om.* TCV^1 ‖ 8 uiolentibus atque acriminibus *C* | ad *om. T* | torporem CV^2, corporem *T*, terrorem V^1 | -que] quem 10 dum denique *codd.*, *corr. W.* | posteaquam *W.*: postea *codd.* ‖ 14 incuentes *T* | diffisus — parasitum *om. TC* | diffisus *ed. pr.*: derisus *V* (*dett.*) ‖ 15 et *add. W.* ‖ 16 fundit *T* ‖ 18 suctiliter *C* | *tamen V* ‖ 20 causa$^{\text{non}}$ *C* | qui *T* ‖ 21 timentur *V*, timetur *TC* | honestes *V* ‖ 22 sint *T* | accede *C* | TIBI] uel *TC* ‖ 23 astam *TV* | sagittam *secl. Westerh.* | qua *C*, qua *V*, quo *T* ‖ 24 nimium *CV* ‖ 25 tibi] uel *TC*

quod sequitur. 2 ACCEPTA INIVRIA hic causa ostenditur, cur illud malit.

763 **25** 1 TV ABI ATQVE O. O. I. pauidi consilium nihil aliud continet praeter claustra et fugam; nam sera est claustrum ianuae. 2 DVM EGO H. T. A. F. 'transcurro' dixit, non 'curro', ut proximitatem fori ostenderet.

764 **26** 1 VOLO EGO A. quasi minus timeat, 'cupio' non inquit sed 'uolo'. 2 IN TVRBA HAC uide timidum turbam appellare, in qua mulier non timet.

765 **27** 1 MELIVS EST fugae occasionem hic cupit dari. 2 MANE hoc gestu iam adiuuatur. 3 OMITTE IAM A. ex huius uerbis apparet etiam manu comprehensum esse adulescentem. 4 OMITTE IAM A. quia causam probari non uidet, celeritatem redeundi pollicetur. 5 NIHIL OPVS EST ISTIS 'istis' utrum aduocatis an 'istis' omnibus quae dixisti?, ut Vergilius (*Aen. IX 94*) 'aut quid petis istis?'

766 **28** 1 HOC MODO DIC SOROREM ESSE I. T. ordine exsequitur: primo utrum personam habeat, 'dic sororem' inquit 'esse illam tuam'; utrum negotium habeat, 'et te paruam uirginem amisisse'; cur hodie agat, 'nunc cognosse', et unde probet, 'signa ostende'. 2 ET T. P. V. A. haec omnia sic pronuntianda sunt, ut et iusta et factu facilia demonstrentur.

768 **30** SI VIM F. IN IVS D. H. recte, quia uiolento ciuiliter resisti solet.

3 o . o · i · *V* | paudi *ex* -de *corr.* *C* ‖ 4 praeter *Klotz:* post *codd.* | claussa *T* ‖ 5 claustrum (*in mg.* uel clausum *m. 1*) Annue *C*, clausum anime *T* | T.] c · *T* ‖ 6 dicit *T* | ut] in *TC* ‖ 7 ⟨h ·⟩ a · *T* | quasi] qꝫ *T* | timiat *C* ‖ 8 Inturbata hac (ac *T*) *TC* ‖ 9 in quam *TC* ‖ 10 fugae] figure (-re *C*) *TC* | capit *TC* ‖ 11 iam ⟨h ·⟩ a · *V* ‖ 12 huis *C* ‖ 13 iam ⟨h ·⟩ a · *V*, i · a · *TC* ‖ 14 sceleritatem *T* | redeunti (redd- *C*) *TC* | NIHIL] in hoc *T* ‖ 15 istis *1. om.* *V* | uerum *TC* ‖ 16 ut *om.* *TC* | qd° *T* ‖ 17 petistis *TC* ‖ 18 DIC *om.* *TC* | s · e · t · (*om.* I.) *V* | T.] te *T* ‖ 19 habet *CV* ‖ 20 illam *om.* *C* ‖ 21 uirginem amisisse] · i · a · *TC* | nunc] non *C*, nec *T* | cognosce (signa *add.* *V*) *CV*, cognoscit *T* ‖ 22 et *om.* *V* | ostendere *TC*, ostende*tur* *V* | T. *om.* *V* ‖ 23 et iuste *TC*, iusta *V* ‖ 24 si uim f · i · i · d · (*om.* H.) *TC* | recte — 433, 1 DICAS *in mg.* *V*[2] | recto *TC*

769 **31** 1 FAC ANIMO HAEC PRAESENTI DICAS haec non dicerentur a Thaide, nisi in illius uultu pauor nimius appareret. 2 FACIAM adiuuandum pronuntiatione est 'faciam' timide dictum. 3 ATTOLLE PALLIVM ex huius uerbis Chremetis animum demonstrauit nimium liberaliter pauidi adulescentuli. 4 ATTOLLE PALLIVM uel quia simplex est uel quia ebrius, trahit pallium Chremes.

770 **32** PERII HVIC IPSI EST OPVS PATRONO Q. D. P. haec meretricis querela rudem adulescentulum magis et honeste natum quam culpandum esse demonstrat.

7.

771 **1** 1 HANCINE EGO VT CONTVMELIAM T. I. I. M. A. G. hic rursus inepti uanitas militis demonstratur ad amicam tamquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concito cursu, undanti chlamyde, trepidi et quatientis caput. 2 *Et* haec uerba pro hortatu imperatoris accipienda sunt, quandoquidem omnia de exercitu transferuntur. 3 CONTVMELIAM proprie et ut miles. Sallustius (*Iug. 58, 5*) 'ne quam contumeliam' etc. 4 IN ME ACCIPIAM GNATHO apparet Gnathonem dehortatorem esse certaminis et ad pocula militem prouocare, maxime cum uideat persuasisse ista consilia (*cf. III 1, 45 sq.*), ut hoc certamen moueretur.

772 **2** 1 MORI ME SATIVS EST ridicula praesumptio, tam-

1 HAEC *om.* *TC* | ⟨ut⟩ praesenti dicas V^2, p̃ d' · *TC* ‖ 2 dicentur *T* | nisi *om.* *C* | in illius] nullius *TC* ‖ 3 apparet *TC* | est *om.* *TC* ‖ 4 faciam$^{\text{enim}}$ (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* ‖ 6 adolescenti *TC* | actolle *C* | p · *V* | uel *om.* *TC* ‖ 8 IPSI — P.] i · e · p · d · i · (a · *T*) *TC* ‖ 10 quam] que *T* ‖ 11 ut ego *TC* | CONTVMELIAM — G.] con tam · *TC* | M. *om.* *V* ‖ 12 *ru*rsus *V* ‖ 14 consito *T* | chlamide (cla- *CV*) *codd.* | patientis *T* ‖ 15 hortati *T* ‖ 17 et *TC*, non *in ras.* V^2; *secl.?* | sal' · (sa · ul' *C*, sed ut *in ras.* V^2 = *dett.*) ne quam (qua *TC*) contumeliam (-lia *TC*) est (*om.* *V*) *codd.* ‖ 19 GNATHO] sed *TC* ‖ 20 et | q2 *T* | prouocare] reuocare *Teuber* ‖ 21 ista *CV*, (*bis*) *T*; ipsius *Teuber* ‖ 22 moreretur *T*, (*in* mon- *corr.*) *C* ‖ 23 me s · est *V*

quam aduersus meretricem ⟨iurgia⟩ numquam Thraso sumere ausurus esset nisi morte proposita. ergo uelut mortis contemptu opus est ad tale proelium. 2 MORI ME S. E. tamquam aliter miles aduersus mulierem audere non posset, uel quia nihil uel quia amator. 3 MORI ME S. E. quasi ille sibi dicat uel molestum esse certamen uel amicam non esse laedendam.

771 **1** 5 INSIGNEM et 'insignem' ut miles dixit, quia in-signia armorum sunt.

772 **2** 4 SIMALIO et hoc concite pronuntiandum. 5 SEQVIMINI huiusmodi militia per tumultum repente suscipitur et dicitur euocatio, ubi dux alloquitur ciues 'qui rem pu. saluam uultis esse, sequimini!' unde Vergilius sic ait (*Aen. VII 693—94*) 'desuetaque bello a. i. a. u. s. f. q. r.' et alibi (*VII 614*) 'ipse u. p.; s. t. ⟨c.⟩ p.'

773 **3** 1 PRIMVM AEDES EXPVGNABO debet hic esse uociferatio uana: ad hoc et uerbum militis cum quodam motu ingenti et immanes minae sine ulla ui rerum. 2 *Et* uana comminatio, uelle aedes expugnare, cum foris sit meretrix.

774 **4** 1 MALE MVLCABO IPSAM uide ordinem belli: expugnatio moenium, recuperatio captarum rerum, poena praedonum. 2 PVLCHRE postquam non obtinuit quod uolebat Gnatho, assentatur ad omnia. uide autem mani-

1 iurgia *sscr.* V^2 (= *dett.*), *om.* *TC*; *an* rixam? arma (*post* numquam) *Schoell* || 2 esse *TC* || 3 ad te praetium *C* | mora *T* || 4 E.] est *V* | alter *TC*, al[i]ter (*sscr. m. 2*) *V* | aduersum *TC* || 5 possit *C* | mori · s · me · s · e · *C*, mori ī me s · ꝛ e · *T* || 6 quasi ille ⟨quasi⟩ *C* || 7 non *om.* *TC* || 9 a[r]morum (*sscr. m. 2*) *V* || 10 simallio *T* || 11 huius mō *C*, mō huius *T* | militiā *T*, malitiam (ma *in* mi *corr.*) *C*, militiam *V* | *sus*cipitur *V* || 12 reuocatio *TV* | ubi d*ux* et alloquitu*r* *ci*ues *V* || 13 saluam *om.* *V* | unde *om.* *T* || 14 bella *V*, b · *TC* | a. *1*.] de *TC* | t ·] c · *T* || 17 et (*corr. m. 2* = *dett.*) *V* || 18 inanes *T*; *Bentley* | minas *codd., corr. W.* | rerum] ret[e] *T* || 19 uelle [uideatur] (*sscr. m. 2* = *dett.*) *V* | fore *T* || 20 meretricis *C* || 21 male mulctabo ipsam *V*, mallem · et *TC* | belli *om.* *TC* || 22 poena *om.* *TC* || 24 adsentatur *ad omnia* *V*

festam irrisionem ex ipso genere laudandi; nam quid est in aedium expugnatione recti? quid in uirginis ereptione probitatis? quid in male mulcanda muliere pulchritudinis? sed hoc est quod ait supra de se ipso parasitus (*II 2, 20*) ‘quicquid d. l.’. 3 IN MEDIVM HVC AGMEN C. V. D. mire composita ad contemptum nomina legionariorum; nam Donax ab arundine nomen, ueluti sit inanis et fragilis, Simalio a simio uel a simia deriuatum est ob foeditatem oris uel nasi, Syriscus iam diminutiuum est a Syro. 4 IN MEDIVM HVC ridicule satis armaturas leues non putat aduersus Thaidem idoneas et ideo agmen cum uecti uult uenire in medium. 5 An ideo ‘cum uecti’, quia ad expugnationem uenitur aedium?

775 5 TV SIMALIO IN SINISTRVM TV SYRISCE IN DEXTRVM C. hic agmen instruitur. facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculae deriuantur..

776 6 1 CEDO ALIOS non ‘reliquos’ dixit sed ‘alios’, quasi multi sint. 2 SANGA nec Sangarius, saltem ut nomen esset. 3 MANIPVLVS FVRVM proprie ‘manipulus’ milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur. merito igitur

1 laudandam *CV*, -dum *T, corr. ed. pr.* ‖ 2 in aedium] tedium *T* | quid *om. V* | in *om. T* | erectione *T* ‖ 3 probitas *T* | mulctanda *V*, uulgande *T*, (*in* mul///tanda *corr.*) *C* ‖ 4 de se ipso *om. V* | d·] a· *V* ‖ 5 agmen e·d· *V*, a·c·u· *T*, a·o·r· *C* ‖ 6 composite *T* | ad tectum *T*, ad con temptum *C* ‖ 7 dorax *V* | ad *T* | ueluti sit (sic *C*) inanis fragilis *TC*, *ueluti sit fragilis et inanis nomen* sortitus est (*sscr. m. 2 = dett.*) *V* ‖ 8 Symalio *C*, simallio *T* | ad simio *T* | symia *C* ‖ 9 uel] et *V* | est *om. T* ‖ 10 ac maturas *C* ‖ 11 *et* 12 *cum* uecte (-te *ex* -ti *corr. m. 2*) *V*, conuecti *TC* ‖ 14 tu si mallio in sinistrum tu sirisce (scir- *T*) in dextrum *TC*, tu simalio in s·c·t·s· in d·c· *V* ‖ 15 agmen *om. T* | instruitur *dett.*: struitur *TV*, struitior *C* ‖ 16 res ⟨est⟩ *TC* ‖ 19 ferrum *C* | manipulus ⟨est⟩ *V* | militis *codd., corr. W.* ‖ 20 centum] ·c· *C*, cum *T*, (*sscr.*) *V*² (= *dett.*) | romani et colatini *TC*, ro et (*ex* ē *corr. m. 2*) latini *V* | ex] *bellum* ⟨aggressuri deputabantur sibi illi certum (sertum *vel* sertam *dett.*) uel coronam ex (*in mg. 2*)⟩ *V*² (= *dett.*) ‖ 21 herba *TC*; uel alio huiusmodi conficiebant *dett.* | quam *C* | singulo *T*

centurionem uidens manipulum desiderauit, hoc est cocum uidens conuiuas desiderauit, qui apparuerant, quotiens cocus affuit, id est conuiuium instructum est. alii 'manipulum furum' coci discipulos putant dici. 4 ECCVM ADEST pro se ac pro discipulis Sanga.

777 7 1 QVID IGNAVE P. P. apparet cocum ad repentinum strepitum sic exisse, ut artem suam fuerat expediturus.
2 QVI ISTVM 'peniculum' scilicet.

778 8 1 EGONE IMPERATORIS VIRTVTEM N. haec causa est.
2 IMPERATORIS VIRTVTEM NOVERAM ET VIM M. hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, ut Sanga uno et eodem tempore et quaerat quid dicat et respondeat tamen hoc fieri saepe.

779 9 1 SINE SANGVINE HOC FIERI NON POSSE ἀπροσδοκήτως: quid igitur, si hoc sciebat? 2 QVI ABSTERGEREM VVLNERA tamquam hoc fuerit auxilii genus. 3 QVI hoc est unde.
4 VVLNERA quorum uulnera? utrum utriusque partis an, quod magis ridiculum est, suorum?

780 10 1 SOLVS S. S. D. haec figura παρόμοιον dicitur.
2 SOLVS SANNIO SERVAT DOMVM ut (*Verg. Aen. III 183*) 'sola mihi talis casus C. c.'. 3 SOLVS SANNIO S. D. pro

